



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

2

ic

11^a = 3376

27588

~~76-8.~~

~~27588~~

8 07

R. 142433

DE

75.02

PICTVRAB 72
PLASTICE,

STATVARIA

27588

LIBRI DVO.

Ad Illustrissimum & Potentiss. Heroëm,
IVSTVM HENRICVM Turnonium
Comitem Rossilionæum.

Auctore

IVLIO CÆSARE BULENGERO.
Societatis IESV Presbytero.

IN VIRTUTE,



ET FORTVNA.

LVGDVN I,

Sumptibus LVDOVICI PROST,
Hæredis ROVILLE.

M. DC. XXVII.

CVM PRIVILEGIO.



ILLVSTRISSIMO
& Potentissimo Heroi
IVSTO HENRICO
TVRNONIO COMITI
ROSSILIONÆO.

DVo maximè artium genera
in pretio apud omnes gen-
tes iam olim fuerunt, HE-
ROS ILLVSTRISSE,
quarum aliæ in sola con-
templatione positæ essent, aliæ contem-
plationem & manum requirerent, utræ-
que imperiis & ciuitatibus maximè fru-
ctuosæ. Sed ex iis quædam homine inge-
nuo, & liberali supra ceteras dignæ sunt,
inter quas non vltimum locum Plastica, &
Pictura obtinuit, quæ seruilibus ingeniis
interdicta iure gentium solis ingenuis ad-
iudicata est. In ea Romæ Fabij viri princi-
pes principi loco ac numero fuerunt, in
Græcia Proto'genes, Apelles, Phidias, Ly-
sippus,

sippus, & alij innumeri viri nobiles & opulenti vsque adeò inclaruerunt, vt apud Reges & Imperatores in summa gloria essent, quòd res à se fortiter gestas, non minus ope plastices ac picturæ, quàm literarum beneficio ad posteros transmitti posse existimarent. Adde quòd ea quæ in literas mittuntur eruditis innotescunt, at imagines pictæ, sculptæque in oculos omnium incurrunt, & viros ac spirantes virorum fortium vultus, animosque repræsentant. Videas pueros, fœminas in hoc spectaculo hæreere oculis, & ore hianti stupentes miraculo rerum, animo defigi, vt statux manufactæ veluti nouæ Gorgones in statuas mutasse homines videantur. Quo quisque peritior artis est, & iudicij limatioris, eo magis admirabilem operis industriam, & solertiam opificis demiratur. Vidi equidem plures qui bellè de nobilium artificum operibus iudicarent, eaque suis momentis æstimarent. neminem videre me memini, qui subtiliùs singulæ rerum momenta rimaretur, qui minutias quasque, lineamenta, nervos, articulos, habitus, gestus te vno acutiùs oculis & animo sequeretur. Si quid est vitij, si quid artis, & industriæ, statim tibi occurrit, nihil
ab

ab alio quoquam perspicacius inspicere, penitus erui, prudentius æstimari, quàm à te vno potest. Sed hoc non tibi in plasticæ singulare est, in cæteris scientiis tam es perspicax, tam oculatus, ut Lynceum superes, tam acutis naribus, tam rotundis auribus, ut nihil eorum quæ ceteros fugiunt non tibi statim præstò sit. In Philosophicis, in Mathematicis, in naturæ arcanis, in iis quæ naturam superant, in magnis, in parvis, in imis, in sublimibus, tantum habes solertiæ, ut omnia aut natura tibi insita sint, aut experientia contrita, aut ipse tu omnibus innatus, ac insitus esse videaris. Quinetiam linguas peregrinas in promptu habes, Latinam, Græcam, Hebraicam, Italicam, Hispanicam. cetera talia in quibus alij ætatem conterunt, tu aliud agens bonitate naturæ, ingenij celeritate sine labore conquifisti. Verùm id genti tuæ quæ ut nobilitate & gloria, ita & ingenio & studio nemini concedit, domesticum est ut alta omnia nullo negotio capeffat. In his talibus quæ omnibus nota sunt multus esse nolo, ne coràm in os laudare te videar, quum ipsa sibi virtus pretium sit, & extrinsecis ornamentis non egeat. Quod igitur instituti mei est, id vnum hoc tempore

† † 3 vrgeo,

vrgeo, vt binos istos de plastice libellos,
quos tibi lubens do, dico, amica manu ex-
cipias, & aura fauoris tui in hoc iudicio-
rum nostri sæculi æstu benignè prosequa-
ris. Datum Lugduni Kalend. Iunij anno
1626.

*Dominationis tuae seruus humilis
& cliens*

I. C. BVLNGERVVS.

SYLLA



SYLLABVS
LIBRORVM
ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

CAP. I.	D E Pictura.	I
2.	De plastice & pictura in genere.	4
3.	Rursus de pictura,	7
4.	De coloribus.	11
5.	Rursum de coloribus.	13
6.	De ceris inurendis.	16
7.	Rursum de ceris inurendis.	20
8.	De musuarijs.	24
9.	De pictoribus & statuarijs claris.	37
10.	De picturis honestis.	43
11.	De picturis natiuis, & veluti viuis.	44
12.	De pictis vestibus, & textilibus.	45
13.	De penicillo & cestro.	46
14.	De pergula.	47
15.	De pinacotecha, & tablino.	ibid.
16.	De machinis, ocribante, cinnabo.	48
17.	De pictura ex Polluce.	49
18.	De imaginibus & simulacris.	50
	19. De	

19. De statuis & statuarijs.	68
20. De cultu & ornatu simulacrorum.	78
21. De statuis.	85
22. De titulis.	92
23. De simulacris.	94

LIBER SECVNDVS.

CAP. I. De origine plasticæ, & pictura.	100
2. De pictura, qua vulgò utimur.	103
3. De coloribus.	109
4. De pictura vitri.	112
5. De smalto, seu encausto.	113
6. De encausto, seu smalto.	120
7. De plasticæ, sculptura, & statuaria.	122
8. De marmoribus.	131
9. De gemmis & lapillis.	136
10. De lapidibus.	146
11. De statuis æreis fufis.	148
12. De maltandis, stagnandis & ferruminandis operibus metallicis.	150
13. & ult. De ferramentis sculptorijs.	160

DE



DE PICTURA, ET STATVARIA, LIBER PRIMVS.

De Pictura.

CAPVT I.



PICTURÆ & Poëſis bene conueniunt, & vtriusque penè idem ingenium eſt, quòd in rebus imitandis occupentur: Optimè igitur à Plutarcho dictum, Poëticam eſſe picturam loquentem, picturam verò Poëſim mutam, quia vtraque multa inuenit, multa fingit, multa mentitur, vtraque proximè inuenta ſua ad rerum naturam accommodat; magis tamen feriunt animum quæ videntur, quàm quæ audiuntur. Etenim

ſegnius irriſant animos demiffa per aurem,

Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ

Ipſe ſibi iradet ſpectator.

ait Horatius. Calamus penicilli, penicillus calami æmulus eſt, vt alter alteri laboris ſui commoderet uſum. Horatius,

Vt pictura Poëſis erit, quæ ſi propius ſtes,

Te capiet magis, & quadam ſi longius abſtes.

A 2

Duos

2 *De Pictura, & Statuaria,*

Duos certe Homeri versus Euphranori ad pingendum Iouem, Phidiaz ad sculpendum præbuisse archetypum inficietur nemo; & pictor, & Poëta utile ac iucundum intuentur, vterque à turpium rerum imitatione abstinere debet, ne à fine suo abeurret, & cum moribus prodesse debeat, obsit. Vterque nascitur artifex, non fit, & minus studio quàm natura valet. Vidi Florentiæ pictorem cuius pueri manus summis pictoribus palmam præriperet. Is hodièque viuit tanta operum & artis fama, vt Apelle, & Protogene superior putetur. Pictura autem figmenta sumit à Poësi, à Geometria regulam, circinum, lineas, proportionem, ac symmetriam. Nam & Parrhasius in laude fuit, quod primus symmetriam picturæ dederit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, confessionem artificum in lineis extremis palmam adeptus. Eupompus ab Arithmetica, & elegantibus disciplinis picturæ splendorem attulit, eamque prius Helladico, & Asiatico genere contentam, in tria diuisit, Ionicum, Sicyonium, Atticum, ait Plinius. Ab optica verò pictura sumit rationes quibus consideret quomodo quæ longius absunt, minora appareant, quæ supra caput, quæ infra minora, quomodo aciem oculorum fallant. Item pictores ab optica umbras, recessus, lucem, radios, sumunt. Et quia manu vtuntur, graphis necessaria est, qua interdixere Græci seruis, vt soli ingenui pueri diagraphicen in buxo docerentur. Item à Philosophia morali pictores hoc habent vt animum, sensus omnes, perturbationes, mores exprimant, vt hominem iracundum, iustum, inconstantem, clementem, misericordem, excelsum,

sum, gloriæ auidum, humilem, ferocem, fugacem penicillo delineent. Omnes qui volunt eminentias videri, candicantia faciunt, coloréque con- diunt nigro, magna prorsus in æquo extantia ostendentes, & in contrafacto solida omnia. Con- sule Plinium lib. 35. cap. 2. §. 6. 7. Vitruuium lib. 8. c. 1. lib. 7. Quidam chimæras pingunt, quas vulgo vocant *grotesques*, ineptissimè. Quare Vitruuius lib. 7. conqueritur homines qui verè naturam imi- tari debuissent, fabulosa commentos esse, quæ na- tura ipsa nequeat efficere. Eosdem risui habet Horatius,

— — Pictoribus atque Poëtis

*Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, & hanc veniam, petimusq; damusq; vicissim,
Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes anibus gementur, Tigribus agni.*

S. Gregorius: Si pictura indoctorum est liber, ec- quid è falsa haurietur lucis? Suum igitur cuique dandum, vt seruetur decorum. Horatius,

*Ætatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus, & annis.
Intererit multum Dausne loquatur, Erósne,
Maturus ne senex, an adhuc florente iuuenta
Fervidus.*

Nostra ætate in Italia sex fuere pictores eximij, qui suum cuique seruarent, aut redderent, Ra- phaël Urbinas, Michaël Angelus Bonarota Titia- nus, Antonius Corrigiensis, Sebastianus Vene- tus, Iulius Romanus, Andreas Sartorius. Iam olim res vt erant, sub Imperatoribus Roma- nis, pictores natiuis coloribus, non per vmbra- ac recessum, sed in clarissima luce delinearunt.

A a 2

Inter

4 De Pictura, & Statuaria,

Interdum umbras addiderunt ut apud Prudentium,

*Picta super tumulum species liquidis viget umbris,
Effigians tracti membra cruenta viri.*

De Plastica & Pictura in genere.

C A P V T I-I.

Socrates dicere solitus erat, *μακρὸς ἔστι πλῆθος* *μιμήσεων ὁπωπιῶν*, picturam esse imitationem, & representationem eorum, quæ videntur. Idem dici potest de plastica, quæ statuaria, sculpturæ, cælaturæ, picturæ parens est; quæque rerum habitum, statumque quàm proximè imitatur. Virgilius,

Excudent alij spirantia mollius æra,

Credo equidem, vinos ducent de marmore vultus.

Plastæ dicuntur marmorarij, & ærarij, & omnes marmoris, & æris artifices. Tertulliano *lib. de Idololatria*: Marmorarius, ærarius, qui signum describit, quanto facilius abacum linit, qui de tilia Martem exsculpir, quàm citiùs armarium compingit. Quintilianus *lib. 2. cap. ult.* Cælatura est, quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit. Sculptura etiam lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas, & metalla complectitur; excusor vasa facit. Signum à Latinis dicitur Simulacrum. Tertullianus *in Apologet. cap. 12.* Quod simulacrum non priùs argilla deformat cruci, & stipiti superstructa, in patibulo primùm corpus Dei vestri dedicatur. In Deos vestros per omnia membra validiùs incumbunt ascie, & runcinæ, & scobinæ, Dicitur item

Lib. I. Cap. II.

5

item statua imago, conflatile, effigies, figura, similitudo, sculptile, sigillum. A Græcis vocatur ἀγάλμα, ἀπείκασμα, ἀνδριάς, ἀνδρείκαλον, βρίτας, δεικαλον, ἐκτύπωμα, τύπθ, εἰκὼν, εἰκόνηον, εἶδωλον, εἶδθ, ἰδρυμα, ἰνδαλμα, ζόανον, ὁμοίωμα, θεωτομή, χαρακτήρ, στήριγμα, τυπάριον, & alia nomina infrà subijciemus. Primus Socrates docuit Parrhasium, & Clitonem statuarios, mores, & oculorum obtutus pictura exprimere, vt scribit Xenophon *lib. 3. Apomnem.* Quidam pictores fuere ῥιπαρογράφοι, alij modestiæ, & pudoris studiosi. Apud Ælianum *varia Historia lib. 4. cap. 4.* Thebis lex vetat aliquid obscæni aut pictura, aut plasticè fingere. Primi quorum quidem opera non vetustatis modò gratia visenda sint, ait Quintilianus *lib. 12. cap. 10.* Clari pictores (putet aliquis verba hæc deesse, sed etiam artis) fuisse dicuntur Polygnotus, atque Aglaophon, quorum simplex color tam sui studiosos adhuc habet, vt illa propè rudia, ac velut futuræ mox artis primordia, maximis, qui post eos extiterunt, auctoribus præferant, proprio quodam intelligendi, vt mea opinio fert, ambitu. Pòst Zeuxis, atque Parrhasius non multum ætate distantes circa Peloponnesia ambo tempora: nam cum Parrhasio sermo Socratis apud Xenophontem inuenitur, plurimum arti addiderunt, quorum prior luminum, vmbRARÚMQUE inuenisse rationem, secundus examinasse lineas subtiliùs, traditur. Nam Zeuxis plus membris corporis dedit, ille ita circumscripsit omnia, vt eum legumlatorem vocent, quia Deorum, atque heroum effigies, quales ab eo traditæ, cæteri tamquam ita necesse sit, sequuntur. Floruit autem circa Phi-

A a 3 lippum,

6 De Pictura, & Statuaria,

lippum, & vsque ad successores Alexandri pictura præcipuè, sed ex diuersis virtutibus: nam cura Protogenes, ratione Pamphilus, atque Melanthius, facilitate Antifilus, concipiendis visionibus, quas *φαντασίαι* vocant, Theon Samius, ingenio, & gratia, quam ipse in se maximè iactat, Apelles est præstantissimus. Euphranorem admirandum facit, quòd & cæteris optimis studiis inter præcipuos, & pingendi, fingendique idem mirus artifex. Similis in statuis differentia. Nam & duriora, & Tuscanicis proxima Calon, atque Egeſias, iam minus frigida Calamis, molliora adhuc supradictis Myron fecit. Diligentia, ac decor in Polycleto supra cæteros, cui quamquam à plerisque tribuitur palma, tamen ne nihil detrahatur, deesse pondus putant. Nam vt humanæ formæ addiderit supra verum, ita non expleuisse Deorum auctoritatem videtur, quin ætatem quoque grauiorem dicitur refugisse, nihil ausus ultra læues genas. At quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ, atque Alcameni dantur. Phidias tam Diis, quàm hominibus efficiendis melior artifex traditur, in ebore verò longè citra æmulum, vel si nihil nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Iouem fecisset, cuius pulcritudo adiecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur, adèd maiestas operis Deum æquauit. Ad veritatem Lysippum, & Praxitelem accessisse optimè affirmant. Nam Demetrius tamquam nimius in ea reprehenditur, & fuit similitudinis, quàm pulcritudinis amantior. An autem ad cultum Dei opus sit simulacris, lege Maximum Tyrium *ſerm.* 38. Hic admonéo, duos Praxiteles fuisse, vtrumque sculptorem: alterum sub

sub Alexandro Magno, de quo Plinius *lib. 34. cap. 8.*
alterum sub Pompeio Magno, de quo idem *lib. 33.*
cap. 9. lib. 36. cap. 5.

Rursus de Pictura.

C A P V T I I I.

Pingere nihil est aliud, quàm penicillo lineas ducere, & colores addere, quibus homines, bruta, plantæ, arbores, aliæque res exprimantur. Pictura nobilis quondam ars, tum cùm expeteretur à Regibus, populisque, & illos nobilitans, quos esset dignata posteris tradere. Ea est vita memoriæ, lux vitæ, testis temporum, nuncia virtutis, mortuorum à morte restitutio, famæ, gloriæque immortalitas, viuorum propagatio; quæ facit, ut absentes præstò sint, & variis, dissitisque locis vno tempore repræsententur. Apud Romanos ei maturè honos contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabij clarissimæ gentis, Princépsque eius cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno Urbis conditæ 450. Pictura Græcis dicitur *γραφη*, communi cum scriptura nomine, quam Plutarchus mutam Poëticem, hanc loquentem picturam appellat. Huc respexit Statius *lib. 1. Sylu.*

— *Apellea cuperent te scribere cera.*

Vnde sicuti scripta perlegi dicuntur, ita & picta Virgilius *lib. 6. Aneid.* de rebus pictis à Dædalo,

— *quin protinus omnia*

Perlegerent oculos.

8 De Pictura, & Statuaria,

Vocant & *αιαγραφίαν*, & *οικωγραφίαν*, *ζωγράφων*, *οικωγράφων*. De Pictura autem initiis incerta quaestio est. Gyges Lydius picturam in Aegypto reperit, auctore Plinio *lib. 7. cap. 56*. In Graecia Enchir Dædali cognatus, ut Aristoteli placet, ut Theophrasto Polygnotus Atheniensis. Aegyptij sex millibus annorum apud ipsos inuentam, priusquam in Graeciam inferretur affirmant. Graeci autem alij Sicyone, alij apud Corinthios reperiunt, omnes umbra hominis lineis circumducta. Marcus Varro septingentorum virorum illustrium imagines suis voluminibus inseruit, non passus intercidere figuras, aut vetustatem æui contra homines valere. Inuentione muneris etiam Diis inuidiosus, ait Plinius *lib. 35. cap. 2. & 3. lib. 34. cap. 4.* quando immortalitatem non solum dedit, verum & in omnes terras misit, ut praesentes esse ubique, & claudi possent. Prima pictura fuit umbra hominis lineis circumducta, secunda singulis coloribus, monochromatos dicta, alij monogrammon vocant, ab vnica, & eadem semper linearum specie, quomodo Epicurus *lib. 2. de Natura Deorum* apud Ciceronem, monogrammos Deos vocat, eosdem semper, qui nec ira mutantur, nec lætitia. Lucillius tamen apud Nonium tenues, & decolores homines appellat monogrammos. Picturam linearem inuentam volunt à Philocle Aegypto, vel Cleanthe Corinthio. Strabo *lib. 8.* In Alphæoniæ Dianæ templo Cleanthis, & Argonthis picturae visuntur hominum Corinthiorum. Alterius quidem Troiæ excidium, alterius Dianæ in Cupis deportatio. Linearem primi exercuere Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius,

nus, sine vlllo linearum colore, iam tamen spargentes lineas intus. Ideo & quos pingerent adscribere institutum. Postea eminentiora quædām, alia reductiora fecerunt. *Quintilianus lib. 11. Instit. cap. 3.* Vt qui singulis pinxerunt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, sine quo ne membris quidem suas lineas dedissent. Per initia aded rudis pictura fuit, vt ex lineis vultus hominis, aut animalis agnosci non posset nisi nomen adscriberetur. *Ælianus lib. 10. var. histor.* ἔτις ἀρα ἀτίχως εἰκάζον τὰ ζῷα, ὥς ἐπὶ χάφειν αὐτοῖς τὴν γραφίαν, τὸ το βῦς, ἐκείνο ἵππος. Petronius, omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. Primus inuenit lineas colorare testa trita Cleophrastus Corinthius. Nulla ars celerius consummata est, cū Iliacis temporibus non fuisse appareat, inquit Plinius. Imò Iliacis temporibus fuisse apparet, ex clypeo Achillis apud Homerum *lib. 6.* Excipies Homerum æqualem non fuisse Iliaco excidio.

— — ἐν αὐτῷ

ποίη δὲ δάδα πολλὰ ἰδίῃσιν περὶ δέσσι,

ἐν μὲ γαῖαν ἔτδξε, ἐν δ' ἑρανόν, ἐν δ' δάλασσαν.

In ipso clypeo Vulcanus fecit scienter artificiosa multa, terram, cælum, mare, solem indefessum, lunam orbiculatam. Idem apud Hesiodum ex clypeo Herculis apparet. Si enim erat cælatura, erat & pictura, quæ utræque pedetentim, & per gradus, non vno tempore absolutionem consecutæ sunt. Excipies picturam fuisse ætate Hesiodi, non Herculis. Sed ante Herculem pictura fuit sub Mose, & ante Mosem sub Abrahamo. Canachi signa rigidiora sunt, quàm vt imitentur veritatem. Ca-

A a 5 lamidis

10 *De Pictura, & Statuaria.*

lamidis dura illa quidem , sed tamen molliora. quàm Canachi, ait Cicero in *Bruto*. Nondum Myronis satis ad veritatem adducta. Pulchriora Polycteti , nondum etiam planè perfectà. In Aëtrione, Nicomacho, Protogene, Apelle perfectà sunt omnia. Zeuxis, Polygnotus, Timanthes, Apelles quatuor tantum coloribus vsi sunt. Apollodorus Atheniensis pictor primus inuenit φθοράν , ἢ ἀποχρῶσιν σκιάς , *corruptionem, & colorationem umbra*, ait Plutarch. ideo dictus est σκιογράφος. ἔτι δ' ἢ πῖλον ἐφόρει ὀρθόν, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ἐπεχράετο, μιμήσει μᾶλλον, ἢ μιμήσει. Iste pileum ferebat rectum, vt Persarum Reges, & in operibus suis ascribebat, inuidebit potius aliquis , & reprehendet, quàm imitari possit. Vt emeretur pictura, oportuit aliquid circum lini, quia pictura in qua nihil circum litum est, non eminet, ideoque artifices etiam cum plura in vnâ tabulam opera contulerunt, spatiis distinguunt, ne umbra in corpora cadant. Variè autem colores miscent, vt lineamenta reddant. Iul. Firmicus *lib. 3. Astron.* Sicut in imaginibus artifex pictor lineamenta membrorum varia mixturarum diuersitate persignat, & temperatis coloribus formam mutatione facit similitudinis corporalis. Vmbras pro lineis posuit Prudentius.

Picta super tumulum species liquidis viget umbris.

Phidias lumen & umbras custodiuit, & vt emerent è tabulis picturæ maximè curauit. Sili Attico ad lumina vsi, Scyrico ad umbras, Indici ratio ad incisuras in pictura, hoc est, umbras diuidendas ab lumine, ait Plinius *cap. vlt. lib. 23*. Plærique lumen de colore purpureo propriè accipi volunt. Malè. Lumen enim in pictura opponitur umbris.

Plinius

Plinius *lib. 35. c. 5.* Pictura lumen inuenit, & umbras differentia colorum alterna vice sese excitante. *αὐθιγ* lumen sæpe appellatur. Eo est opus ut varij habitus, vultus, status fiant, de quibus Quintilianus *lib. 2. cap. 14.* Ut in statuis atque picturis videmus variari habitus, vultus, status. Nam recti quidem corporis vel minima gratia est. Quum enim aduersa sit facies, demissa brachia, iuncti pedes, & à summis ad ima rigens opus, flexus ille, est, ut sic dixerim, motus dat actum quendam efficiens. Cursum habent quædam & impetum, sedent alia, vel incumbunt, nuda hæc, illa velata sunt, quædam mista ex utroque. Quid tam distortum & elaboratum quàm ille dyscolos Myronis? omnes olim marmorarij, & ærarij pictores, aut cælatores erant, imò & albarij tectores. Tertullianus *lib. de Idololatr.* Scit albarius tector, & tecta sarcire, & tectoria inducere, & cisternam liare, & cymatia distendere, & multa alia parietibus incrustare. Vide Tertullianum. Diagraphice dicta est pictura in buxo, quam soli pueri ingenui docebantur, ait Plinius.

De coloribus.

C A P V T I V.

C Olores floridi sunt, vel austeri. Floridi, Minium, vulgò *vermeillon*; Armenium, *bleu d'Arménie*; Cinnabaris, *cinnabre*; Chrysocolle, *fondure d'or*; Indicum, *noir*; Purpurissum, *escarlata*. Cæteri austeri. Vide Plinium *lib. 35. cap. 8.* Sil coloris
genus

12 *De Pictura, & Statuaria,*

genus est, propriè Limus, vulgò dicitur *iaune mineral*. Optimum Atticum, proximum marmorosum. Tertium est Scyricum ex insula Scyro, quo vtuntur ad picturæ umbras. Sile pingere instituere primi Polygnotus, & Mycon, Attico dumtaxat. Ad umbras Scyrico, & Lydio vsi. Sil Indicum in pictura ad incisuras, hoc est, ad umbras diuidendas ab lumine. Tandem seipsa ars distinxit, & inuenit lumen, atque umbras differentia colorum alterna vice se excitante. Deinde adiectus est splendor. Alius hic, quàm lumen, quem quia inter umbram, & lumen esset, appellarunt *Tonum*; Commissuras verò colorum, & transitus, *Armogen*. Colores, quibus pictores vtuntur, Poëtæ *Vstos* vocant. Ouidius *lib. 4. Fastorum*:

—— & picta coloribus vstis.

Lib. 3.

Quique moues calum, tabulâsque coloribus vstis.

Quia vtplurimum certis medicamentis adhibito igne fiebant colores. Lucianus in *Iconibus*, εἰκόνα ἐν διακεχρῶσθαι μόνον, ἀλλὰ ἐς βάθος δ' ἀσποποιῆς ποταφάρμακός ἐς κόρον καταβαρῆσαι, imaginem non modò coloratam esse, sed in profundum venenis quibusdam inficientibus, quod satis est, infectam. Vsti colores dicti, quia materiæ quædam vrebantur, vt colores fierent. Theophrastus *lib. de lapidibus*, scribit ochram in rubricam mutatam incendio tabernæ. Plinius *lib. 35. cap. 6*. Nunc omnis cerussa ex plumbo, & aceto fit. Vsta, casu reperiata incendio piræci, cerussa in orcis cremata. Hac primùm vsus est Nicias. Fit & Romæ cremato file marmoroso, & restincto aceto. Sine vsta non fiunt umbræ. Sandarachæ, cuius color propriè fuluus, adulterina fit

fit ex cerussa in fornace cocta. Hæc si torreatur, æqua parte rubrica admista sandicem faciet. Polygnotus, & Mycon celeberrimi pictores Athenis, è vinaceis tryginon fecere. Apud Plinium *lib. 35. cap. 6.* Ex fæce vini siccata, excocta, fit atramentum Indici specie. Apelles commentus est ex ebore combusto facere quod elephantinum vocant. Is color nigerrimus est. Omnes penè factitij colores igne fiunt, ideò colores vsti ab ingeniosissimo Poëta vocantur. Atramentum pictores faciunt vel ex fuligine olei nucum, vel ex ebore cremato, vel, quod est præstantissimum, ex ossibus Persicorum vstis. Melanteriam Dioscorides vocat atramentum metallicum, & natiuum. Ex sanguine sepia addito tantillo aluminis fit optimum atramentum. Hysginum primum cocco tingitur, deinde purpura Tyria. Hysginum propriè arbuscula, quam vaccinium Plinius vocat. Vaccinij lignum Interpres Nicandri *ξανθὸν τὸ χέωσαν ἴδ.* flavum colore esse ait fructum nigrum, *πρὸς τὸ βαφὴν ἀντιδρῶν.* Certum est optimos, & tenacissimos colores adhibito igne fieri. Vidi ex hydrargyro, & ferri bracteolis, ex chalcantho, ex ære, ex plumbo vi ignis rubrum effici, quo nullus color natiuus esset tenacior, aut penetrabilior.

Rursus de Coloribus.

C A P V T V.

AD ea, quæ de coloribus diximus, adiungito, si lubet, quæ Isidorus habet *lib. 19. c. 17.*
c. 28.

14 *De Pictura, & Statuaria,*

& 28. Apud Suidam, φαῖον, χεῖμα σκώδιον ἐν μέ-
 λαν & λεύκῃ, ἥρου μύκον, *fuscus color mustelinus,*
ex nigro, & albo conflat. Colorum enim alij sunt
 simplices, alij contrarij, quidam compositi, quo-
 rum alij ad album accedunt, vt flauum; alij ad
 nigrum, vt cyaneum; alij sunt intermedij, vt ru-
 ber, pullus. ὧν πᾶσι ἐξυτέρω τῷ λεύκῃ ὡς τὸ ξανθόν,
 τὰ δὲ τῷ μέλανι, ὡς τὸ κυανουῶν, τὰ δὲ λοιπὰ μεσάζον-
 τέων οἶον τὸ ἐρυθρὸν, τὸ φαῖον. Philo de vita Mosis
 hyacinthum, purpuram, byssum, coccinum ponit,
 & aureum. ἡ δ' ἐπιμίξις κατεσκεύαζετο ὑακίνθῳ & περ-
 φύρῃ, & βύσσῳ & κοκκίνῳ, συγκαταπλεκόμεναι χρυσοῦ.
 Color myrtheus in crinibus medius inter flauum,
 & nigrum, ὑπόχρῳ, subrufus. Apud Plinium
 amomi fructus myrteolus. Vet. glos. πυρρὸς, rus-
 seus, rubeus, rufus. Milesia 2. Apule. Russica fascio-
 la. Petronius, Tunica vestitum russica. Varro *lib. 2.*
de re rustica: colorem rubrum, heluum, album
 ponit. Apud Hesychium, κακολλυραμύκον, λεύκῳ κα-
 χεισμύκον, ἀρνικόν, χεῖμα & εἶδ', ὅπερ ἡμεῖς ἀρσι-
 νικόν λέγομεν. Pictores, ait Plinius, ex omnibus co-
 loribus Cretulam amant, Purpurissum, *escarlain,*
 Indicum, seu nigrum, Cæruleum, *bleu*; Melinum,
blanc mineral; Auripigmentum, *orpiment*; Appia-
 num, *couleur verde*; Cerussam, *blanc*. Apelles, Echion,
 Melanthus, Nicomachus quatuor coloribus Solis
 immortalia opera fecere, ex albis Melino, ex fila-
 ceis (*iaunes*) Attico, ex rubris Synopide Pontica,
 ex nigris atramento. Nunc & purpuræ in parietes
 migrant, & India confert fluuiorum suorum li-
 mum, & draconum, & elephantorum saniem.
 Apud Virgilium sandix non est herba, vt vult Pli-
 nius, sed coloris nomen ex cerussa adusta.

Sponte

Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.

Color ater, anthracinus, furvus, color æneus, de bronze. Buxeus dilutior est luteo. Byssinus aureo proximus. Pollux βύσσινον ἀμφάκτινον; alij byssinum album. Cereus, cerinus, color murinus, cineraceus. Color citreus. Coracinus, fuscus, Aquilus, φαῖος, κελαινοφαῖς Aristophani, αἴδοϛ. Impluviatus, seu Mutinensis, & fœligineus. Luridus verò, βρην, pullus, prasinus, rævus, χερσὺς, faune, scutulatus, pommelé, Venerus, thalassinus. Ovidius lib. 3. *Artis* alios colores habet,

Aëris ecce color, tunc cum sine nubibus aër

Hic undas imitatur, habet quoque nomen ab undis:

Ille crocum simulat.

Hic Paphias myrtos, hic purpureos amethyustos,

Albentésve rosas, Threiciamq, gruem.

Luteus color, cereus, puniceus, purpureus, prasinus, Venetus, cæruleus, lanthinus, Xerampelinus, amethystinus. Plinius: Coccus rosis micat in purpuris Tyriis, Amethystus in viola, Conchylum in heliotropio. Cinnabaris fit è dracone, & barro elephante. Puniceus color valdè rubens, vt roseus, sanguineus; fit è frutice, vnde coccus est. Eustathius: φοινικωὺ χρώμα κατακάρας πυρρὸν, εἶον ῥόδεον καὶ αἰμοβαφές. ἐν καρπῷ φρίνε γίνετ' τὸ φοινικωὺ χρώμα. Ex fructu ilicis fit Phœniceus color. Cæcilius: Carbasina, Molochina, Ampelina. Virgilius:

Spadices, glauciḡ, color deterrimus albis,

Et giluo.

Vitruvius lib. 7. cap. 7. de minio, & coloribus: Creta viridis dicitur θεοδότης, à Theodoto, in cuius agro optima nascitur. Auri pigmentum vocatur

16 *De Pictura, & Statuaria,*

catur Arsenicum. Seruius : Robus color Deorum. Nitela mus agrestis robeus. Vide Gellium *lib. 2. cap. 26.* Suasum dicitur color, qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo, ait Festus. Plautus in *Trucul.* Quia tibi in suaso infecisti pallulam. Varro : Equi colores dispares ita nati, hic badius, iste gilvus, ille murinus. Firmicus *lib. 2. Astron.* Color leucotheus, citrinus. Lege Plinium *lib. 2. cap. 19. lib. 27. cap. 4.* Veteres glossæ, *χλωρὸς, gilvus; δαφνὸν τὸ ξανθὸν, flauum.* H. sychius : *δρυοβαφῇ ἱμάτια τὰ ἐπὶ τῷ καλῶς τῷ δρυὸς βεβαμμένα. E quercu tingita vestes, quæ cortice quercus, vel ilicis tinguntur.* Eustathius : *κύανθον χρῶμα πῶς μέλαν, μάλλον δὲ μέταλλον μελανίζον. Cyanus niger color, vel metallum nigro inficiens.* Alba felicia. Persius:

——— *qui nigrum in candida vertunt.*

Alba dies Neronis. Appianus *lib. 5. Aleni.*

κύριον ἀργυροῖσιν ἐν εἵμασι.

De ceris inurendis.

C A P V T V I.

Ratio inurendæ ceræ hodie nos fugit. Eam tamen disertè exponit Plinius *lib. 35. cap. 11.* Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat : cera, & in ebore cestro, id est, veruculo, donec classes pingi cœperet. Hoc tertium accessit resolutis igne ceris, penicillo utendi ; quæ pictura in nauibus nec Sole, nec sale, ventisque corrumpitur. Encaustum igitur, cum ebur cestro scalpitur, & inuritur. Cæstrum est veruculum, seu scalprum

scalprum ignitum, à καίω, vro. Cera tabulatis nauium, aut liminibus ianuarum affigebantur, extendebantur, deinde igne resoluebantur, & veruculo ignito inurebantur, incidebantur, pingebantur, vt species quælibet pictura exprimi possent. Cera illæ variis coloribus erant incoctæ, tandem penicillus adhibebatur, vt cera liquefactæ diffunderentur, & coloribus imbuerentur. Quidam putant tabulata prius fuisse sculpta, quàm cera obregerentur, & inurerentur; sed veterum Auctorum nemo id significat. Plinius lib. 3 §. cap. 7. Ex omnibus coloribus cretulam amant, ita lege, vdoque illini recusant; purpurissum, Indicum, cæruleum, melinum, auripigmentum, Appianum, cerussam. Cera tinguntur iisdem his coloribus, ad eas picturas, quæ inurantur alieno parietibus genere, sed classibus familiari, iam verò & onerariis nauibus. Quoniam & pericula pingimus (melius quàm expingimus) ne quis miretur & rogos pingi. Ceram affigi tabulatis, immò etiam ipsis tholis, & apsidibus templorum, aut ædium ostendit. Procopius lib. 1. de adific. Iustini: ἐκα-
 βρωίῃς ὃ ἔχ' ἡραφαῖς ἢ ὁρόν τινα ἢ τὸ κάρυ ἐστακέντι,
 καὶ διαχρύνει ἐπ' αὐτὰς πικρίαν, ἀλλ' ἐναρμολοῖται ὑπὸ τοῖς
 λιπταῖς. Tholus picturis non cera illiquefacta, & diffusa
 ibi affixus, sed aptatus tessellis tenuibus versicoloribus.
 Vnde discas tholum, seu apsidem, & fornicem
 interdum affixum, & factum ex cera illiquefacta,
 & diffusa. Liquefcere eam oportuit, veruculo
 ignito inustam, quo cera ipsis tabulatis affige-
 retur ad diuturnitatem. Statius:

Apellea cuperent te scribere cera.

Plinius lib. 3 §. cap. 11. dixit picturam inurere, pin-

B b gere

In Catalecticis Virgilius :

De cera facta dat tibi poma Deus.

Qualiter artificis victura pollice cera

Cera igitur prius formabantur pollice artificis, deinde & ignem, & manum sequebantur, cum inurerentur. Sic fiunt hodie horti cerei pensiles cum fructibus iconicis, sed non inurantur. Plinius *lib. 2. epist.*

Si doctos digitos, inſſaq, fiat opus.

Eusebius : κηρόχυτον χαρὶν vocat in vita Constantini Magni, καὶ οἱ δὲ σκιαγραφίαις, καὶ κηροχύτου χαρτὸς αἴδουσι, οἱ δὲ γλυφαῖς ὕλῃς ἀλύχῃ ἀσβερίκελα χήματα τεκτῶν ἄνθρωποι, οἱ δὲ κύρβεισι, καὶ σήλαις βαθυταῖς χαρμῶν ἀφ' ἀφάξωντες. Et alij picturis, & floribus fusa cera, alij sculpturis. materiae inanimatae figuras homini similes fingentes, alij columnis, & tabulis alias lineas inscribentes.

Te similem

Te similem docta referet mihi linea cere.

Lib. 4. Antholog. pag. 311.

— νῦν δ' ὅς σε κερῶ

ἡγάγῃ εἰς μορφὴν αὖθις ὁ χαλκοῦ πῦρ.

*Nunc te cera deduxit rursus ad formam priorem scul-
ptor. Ibidem pag. 118. de Medea:*

μῆτέρα καὶ κερῶ τεκνοφόνου ἔπ.

*Matrem & in cera adhuc filios necantem. Aufonius
Epigramm. 26. de ceris:*

Hos ille serum veste conegi iubet,

Hos calas argento gravi,

Ceris inurens ianuarum limina,

Et atriorum pegmata.

*Vbi ceras, quibus limina, & atria picta erant,
inuistas fuisse ait. Statius lib. 3. Sylvarum:*

—— *Tot scripto viuentes limine ceras*

Fixisti.

*Igitur affixæ ceræ versicolores foribus, & limi-
nibus igne liqueiebant, & diffundebantur ve-
ruculo ignito, ac penicillo. Ceris pingere, ac
picturam inurare Aristides primus instituit, Praxi-
teles perfecit, sed aliquanto vetustiores encausticæ
picturæ extitere, Polygnoti, Nicanoris, & Arcefi-
lai Pariorum, vt scribit Plinius lib. 35. cap. 11. &
cap. 4. & 7. Nicias scripsit se inuississe. Pausias
Sicyonius primus in hoc genere nobilis fuit. De
cereis veterum imaginibus idem lib. 35. cap. 2.
Expressi cera vultus singulis disponebantur ar-
mariis, vt essent imagines, quæ comitarentur gen-
tilitia funera. Stemmata lineis discurrebant ad
imagines pictas. Tablina codicibus implebantur,
& monumentis rerum in magistratu gestarum.
De Encausto Martialis lib. 4. Epigramm. 36.*

B b 2

Encau

20 *De Pictura, & Statuaria,*

Encaustus Phaëton tabula tibi pictus in hac est.
 Vnde & Phaëtona vocat Dipylon, & bis vltum.
 Vitruuius Encaustem vocat pictorem, quod facere ab Encauste didicerat. Plinius *lib. 36. cap. 25.* figlinum opus encausto pinxit. *Lib. 35. cap. 11.* Lysippus Æginæ picturæ suæ inscripsit, *ἐνκαύστης*: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta. Cera versicolor inuritur, & adhibito ignito veruculo liquefcit, & peniculo diffunditur, ac pingitur, vt Plinius *lib. 35. cap. 11.* Alij apud Plinium *Encaustem* legunt, *ἐγκαύματα, ἐγκαυθήσια*. Monumenta ciuitatum Encausta, & Encauteria. *l. 8. Cod. de agr. & consit.* Aliud est encaustum sacrum ex muricis cruore compositum. *l. 6. Cod. de diuer. rescript.* Nonnulli putant, ceras inurere, nihil aliud esse, quàm quod hodie vulgò vsurpatur. Pictores in linteo imagines, quas volunt, exprimunt, tum verò picem cum cera mixtam igne admoto liquant, & feruentem super linteum in tabulato extensam effundunt, & extendunt arbitrato suo, imagines manent integræ, & indelebiles, & linteum tabulato tam validè affigitur, vt auelli nequeat. Sed aliter veteres ceras inurebant. Veruculum, & vermiculum Glossæ vocant cauterium, quo ceræ inuruntur.

Rursus de Ceris vrendis.

C A P V T V I I.

CERIS pingere, ac picturam inurere qui primus excogitarit non constat. Quidam Aristidis inuentum putant, postea consummatum à Praxitele

Praxitele ait Plinius *lib. 35. cap. 11.* Sed aliquanto vetustiores encausticæ picturæ. Nostra ætate fiunt quidem imagines ceræ pleni vel semipleni anaglyphi, à demi bosse, ou de plein relief, sed non inuruntur. Audi Philostratum in Narcisso, οὐδὲ τὸ μινάκιον ἐχαφί τις ἐξηπάτησεν, ἐδὲ χρόνον, ἃ κινῶ ὀφειμένης, Te quidem adolescentulum non aliqua pictura decepit, nec intabuiſti coloribus aut ceris. Viginerius vir doctus ceras inurere nihil aliud esse quàm ceras pingere, & imprimere putat sine veruculo, quemadmodum macula dicitur inuri: sed suprâ ostendimus non modò ceras in aheno incoloribus, sed præterea in tabularis nauium, & liminibus affixas igne admoto inuri. Marcial. *lib. 4. epigr. 36.*

Quid tibi vis Dipylon qui Phaëtona facis.
Vides Phaëtontem in tabula ceris pictum, & innotum esse. Athenæus *lib. 5.* vocat *νεργατίαν*, in qua lineamenta vultus exprimebantur. Vitruuius *lib. 4. cap. 2.* Tignorum præcisiones in fronte fixerunt, & eas cærulea depinxerunt. Cera cærulea erat quia cæruleis coloribus incocta. Marcianus *lib. 33. tit. 7. de instructo vel instrum. leg. l. 17.* Item pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiaque harum rerum legato cedunt, item penicilli, cauteria, & conchæ. Cauteria vocat quibus ceris pingentes picturam tabularum inurebant. Ouidius dixit *lib. 4. Fast.*

Et picta coloribus vstis.
Paulus *lib. 3. sentent. cap. 6.* dixit temperandorum colorum vasa. Encaute picturæ genus, à quo monumenta ciuitatis encauta, & encauteria dicuntur, *l. 9. Cod. de agricolis. in quibus inuictor.* Encaustum

22 *De Pictura, & Statuaria,*

est materia inusta ad pingendum apta. Plinius *lib. 35. cap. 11.* Figlinum opus encausto pinxit. Pauliam non pinxisse tantum encaustica, sed etiam docuisse traditur. ἐγκαυστικὴ τέχνη. Interdum ceram non inurebant, sed ut & nos hodie ex ea homines & boues fingeant. Lucianus in *Somnio*, ἀποξέων & κερὸν, ἢ βόας, ἢ ἵππους, ἢ καὶ τὰ διὰ ἀνθρώπους ἀντιπαραίτων. Radens ceram boues, aut equos aut per Iouem homines fingeam. Herodianus *lib. 4.* κερὲ πασαι μὲν εἰκόνα, quum imaginem è cera pinxissent. Plinius *lib. 21. c. 14.* scribit ceram in varios colores pigmentis trahi ad reddendas similitudines. Pictores ex omnibus coloribus cretulam amant, Purpurissum, Gallicè *escarlatin*; Indicum, *noir*; Cæruleum, *bleu*; Melinum, *blanc mineral*; Auripigmentum, *jaune*; Aprianum, *vert*; Cerussam, *blanc*. κροχαρία pictura quæ ceris fit. κροχάσης qui ex cera imagines facit. Athenæus *lib. 13.* κροχασήσας ἔρωτα καὶ πτερόν fingens cera amorem alatum. κροχάτω ceram liquo. Vide quid sibi velit Plinius *lib. 35. cap. 12.* Dibutades hominis imaginem gypso è facie ipsa primus omnium expressit, cerâque in eam formam gypsi infusa emendare instituit. Videretur fuisse encausti genus quia ceram liquefactam immisit in formam gypsi. Apuleius, Encausticen oppido exercens se, & duos filios sustentabat. Vitruuius, quod facere ab encauste didicerat. Plinius *lib. 35. cap. 11.* Hoc genus picturæ primus Nicias in usu habuit. Librarium atramentum vulgo dicitur *encre*, inchiostro, encaustum. Nonnulli putant encaustum esse nigrum illud quod fit è fumo picis resinæ, therebinthi, & ceram muri quæ nigro illo perfunditur. Alij censent nigrum illud esse quo tabulæ

bulæ æreæ cælatae picturis elegantibus imprimuntur. *les planches de cuire en taille douce.* Quod nigrum temperatur facibus vini rubri, & nucleis mali Perfici vltis, aut ebore vsto quod cæteris nigrius est, & hoc nigrum illini planis albis, *ce noir se met seulement en champ blanc.* Romæ multa vestibula & propylæa domuum hoc colore inusta à Polydoro egregio nostri æui pictore visuntur. Sed omnino aliter veteres ceras inurebant. Brissonius putat cauteria esse apud Martianum quibus in encaustica pictura ad colores ceris inurendos utebantur. Sed imagines in cera cauterio & vericulo inurebantur non colores. Perotus existimat tabulas in quibus cera inureretur fuisse sculptas, & exsculptas. Mox cera cum oleo liquefacta inducta supra tabulas, iterumque admotis gallæ carbonibus adusta ad sudorem vsque, postea candelis subigebatur, deinde linteis puris, vt marmoris instar nitescerent. Hæc pictura nec sole nec sale ventisque corrumpitur. Sed alia fuit veteribus cerarum inustio. Encaustum Imperatorum *l. sacri. C. de diuersis rescr.* ita factum. Purpuræ seu conchylij sanguis terebatur in puluerem, & decoquebatur, inde resecta materia liquida, & densa scriptioni apta quod dicitur encaustum. Lex, sacri affatus non alio vultu penitus, aut colore, nisi purpurea tantummodo inscriptione lustrentur, scilicet vt cocti muricis, & triti conchylij ardore lustrentur. Plinius *lib. 35. cap. 11.* dixit encausto pingi, aut in ebore cestro, cum vericulo ignito ebur inureretur. Laza Cyzicena perpetua virgo M. Varronis iuuenta, & penicillo pinxit, & cestro in ebore imagines mulierum maximè, ait Plinius.

De Musuarijs.

CAPVT VIII.

DE musuariis, & opere musiuo res impedita est, & à nemine, quod sciam, adhuc satis expedita. Iosephus Scaliger *ad librum 5. Manilij*, & Casaubonus *ad lib. 1. Suetonij c. 46.* Musiuum opus de pauimento sedili, & tessellato exaudiunt. Alij de pictura qua fornices, apsidæ, cameræ, tholi, trulli, testudines templorum, porticum, & Regiarum exornantur. Ego verò musiuum opus de omnibus figillis, imaginibus, exemplis, quæ ex tessellis, ac scutulis marmoreis, aut ex hyacinthis, vnionibus, carbunculis, & aliis gemmis, lapillisque construuntur, interpretor. Scribit enim Pollio in Tetrico iuniore, Tetricos obtulisse Aureliano ciuicam coronam de Musæo picturatam, id est, figillis, & imagunculis ex vnionibus, smaragdus, & carbunculis ornata, & Codinus in Constantinopoli, *ὑποδήματα μακίαινα*, calceos Imperatorum de musiuo pictos, quod cùm essent purpurei, aquila in eis ex gemmis, & vnionibus conflata esset. Phranses enim in excidio Constantinopol. prodit Constantinum Imperat. postremum inter mortuos iacentem agnitum ex calceis in quibus aquila aurea, vel gemmis structa. Satyrus *lib. 4. Græc. Epigram.* de se dicit,

πῶς ἐν λίθῳ ἄλλοθεν ἄλλης

συμπερὶς ἡρόδω ἑκατὶνς αὐτοῦ.

Vide quomodo ex variis lapillis statim Satyrus coagmentatus sum. Apud Procopium in Gotthico leges

leges Theodorici Regis sigilli, quod ex gemmis factum erat, in excessu eius caput diffuxisse, ventrem, pectus, & brachia in obitu Amalasunthæ filia eius, femora, & pedes dilapsos obeunte Athanarico. Augustus in Larario sigillum habuit Marcelli nepotis ex lapillis pretiosis factum, quod sæpe exosculabatur. Ea sigilla de musiuo picta erant. Sæpius tamen musiuia dicuntur de pauimento tessellato, & de crustis marmoreis, quibus parietes, & apsidæ opere vermiculato ad imagines rerum, & animalium ornantur. Sed ut de pauimento primum agamus, Plinij verba hæc sunt *lib. 36. cap. 25*. Pauimenta originem apud Græcos habent, elaborata arte, ratione picturæ, donec lithostrota expulere ea. Vult lateres coctiles variè pictos fuisse ante lithostrota. Glossæ M. S. Domini Catelli Senatoris Tholosani V. Clar. lithostrota pauimenta esse aiunt elaborata arte picture, paruulis crustis ac tesseris tinctis in varios colores. Plinius *lib. 36. cap. 25*. Lithostrota coepit sub Sylla paruulis certè crustis. Varro *lib. 3. de R. R.* pauimenta lithostrotis spectanda fuisse ait. Capitolinus in Gordiano, qui instituerat porticum cuius medium lithostroton breuibus columnis altrinsecus positis, & sigillis per pedes mille. In sacris literis apud S. Ioannem lithostroton dicitur iudicij locus, quod Hebræi vocant cubiculum cæsuræ, quia ex cæsis marmoribus stratum esset. Ita dixit Apuleius, Pauimenta ipsa lapide pretioso cæsim deminuto in varia picturæ genera discriminantur. Suetonius *lib. 1. c. 46*. Iulium Cæsarem pauimenta sectilia tessellata secum in castris semper circumtulisse prodit. Neronis cubacula viatoria vnionibus structa fuisse

26 *De Pictura, & Statuaria,*

docet Plinius *lib. 37.* Latini vocarunt Emblemata, & scutulas. Verus Poëta,

Quàm lepida lexes composita ut tessera omnes,

Arte pavimenti, atque emblemate vermiculato.

Græci recentiores tessellam μέσσω vocarunt. In typico Sabæ, σάβρων αὐτῶν διὰ μέσσης καθαρωτάτης, *verrunt eam per tessellam purissimam.* Vnde & Codinus in Constantinopoli, μουσείωμα dixit. Plinius *lib. 35. cap. 1.* abacos vocat, ut & Vitruvius *lib. 7. c. 3.* Athenæus ἀβάκια, ἀβακίσκος ἐν παρτοίων λίθων συ-
κειμένους, *abacos ex omni lapidum genere conflatos.* Alij ψήφους, καὶ ψήφιδας laterculos, vnde ψηφολογία, ψηφο-
λογία, ψηφοτέθημα, *tessellatum opus, & χονδροβολίας*
ἔργον, pavimentum ex granis, & quasi punctis
conflatum, cuiusmodi Nemausi in fano Dianæ
visitur. Nicetas Choniates πλάκας ῥαγίσιν ἐστὶ γμίνας
πολυχρόοις, *scutulas guttis versicoloribus distinctas,* vn-
de & Zonaras in Constantino Magno, πλακωτὸν
ἀγορὰν, *forum tessellis stratum.* Tessellas Anastasius
vocat, platinas, & laminas, Palladius in Maio, ta-
bellas & paginas. Pavimentum illud dicitur &
asaroton, de quo Plinius *lib. 36. c. 25.* Celeberrimus
in hoc genere fuit Sofus, qui Pergami strauit
quem vocant asaroton œcon, quoniam purga-
menta cœnæ in pavimento, quæque euerri solent
veluti relictæ fecerat paruis ἐ testulis, tinctisque
in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens,
& aquam umbra capitis infuscans, apricantur aliæ
scabentes se in canthari labro. Sidonius asaroti-
cos lapillos nuncupat, de quibus Statius in Tibur-
tino Manlij,

Calebam nec opinus opes, quum splendor ab alto

Defluus, & nitidum referentes aëra testa,

Monstra

Monſtrare ſolum, varias ubi piſta per artes

Gaudet humus, ſuberantique nouis Aſarota figuris.

Anaſtaſius Biblioth. Platonias vocat in Leone III. Super lilios ex metallis marmoreis Platoniam. In Sixto III. fecit Platoniam in cœmeterio Cal- liſti. Platoniam vocat à platinis, ſeu teſsellis. Re- centiores Græci πλάτων, & πλάτον indigerant. Co- dinus in Conſtantinop. & ὁ πλάτων διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μαρμάρων ἔφρων. Item : ἐπλάττωσι τὰς αὐτὰς περὶ πλάτους διὰ ſυſκοπῆς. Pauimentum variis, & pretio- ſis marmoribus ſtrauit. Lapide cæſim deminuto pauimentum ſtrauit. Pauimenta autem imagi- nibus de muſiuo ornari oſtendit Galenus in exhor- tatione ad artes : τὸ ἑδικῶ ἐκ λίθων πολυτελῶν ſυſκαίδας δειῶν εἰκόνας ἐξ αὐτῶν τετυπωμένας ἔχον, pauimentum ex lapidibus pretioſis ſtrauit, in quo ex iſdem vultus Deorum expreſſi. Artiſices propriè dicti Teſſella- tores, ἡφοδίται. Parietes autem ex teſsellis mar- moreis de muſiuo pingi, quibus operiuntur, oſten- dam, ſi priùs docuero, marmorarios fuiſſe, & pa- rietum inſtructores. Caſſiodorus libr. 7. epiſt. 5. Quidquid parietum inſtructor, marmorum ſcal- ptor, æris fuſor, camerum rotator, gypſoplaſtes, muſiuarius ignorat. Græci vocant ὀρθοσρώσεις, ὀρθο- μαρμαρώσεις, ὀρθοσρώτης οἶκος. Parietes igitur veſtiri marmoreis cruſtis teſtatur Seneca lib. 2. contron. 1. In hos ergo exitus varius ille lapis ſecatur, vt tenui fronte parietes tegat. Idem epiſt. 87. Pauper ſibi videtur, ac ſordidus, niſi parietes magnis, ac pretioſis orbibus refulſerint, niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint. Vnde Iuuenalis orbem Lacedæmonium interpretari poſſis, de quo Grammatici inter ſe rixantur :

Et

28 *De Pictura, & Statuaria,*

Et Lacedaemonium pitysmate lubricat orbem.

Quamquam & hic orbis in pavimento, vel etiam in Delphica mensa esse potuit. Plinius *lib. 35. cap. 1.* Auro ut parietes toti operiantur, verum & intercaso marmore vermiculatis, ad effigies rerum, & animantium crustis. Numidicis autem orbibus parietes opertos coniicies ex Statio in *Balneo Hetrusci*:

*Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis
Purpura, sola cano Phrygia quam Synnados antro
Ipse cruentaui maculis lucenibus Atys.*

In Surrentino Pollij:

*Vna tamen cunctis procul eminet, una diatis,
Qua Nomadum lucens flauentia saxa, Thasosque,
Et Chios, & fluctus gaudens spectare Carystos.*

Immo & marmora ipsa pinxerunt. Crustas autem, & testas marmorum vermiculatas fuisse ad imagines rerum, & animalium in parietibus, supra ex Plinio docuimus. Nicetas in *Ioanne Comneno*: οἱ ἐν τοῖς τοίχοις διὰ ἰσφίδων καὶ χρωμάτων εἰκονίζονται, qui in parietibus per tesseras, & colores exprimuntur. Philo de Cain: καὶ διὰ πρὸς κοινάματα, καὶ χαρὰς, καὶ πινάκια, καὶ λίθων πολυτελέων διατάξεις, αἷς ἑ μόνον τοίχους, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐξέφη ποικίλλουσιν. *Albarium opus, & pictura, & tabule, & pretiosorum lapidum dispositiones, quibus non tantum parietes, verum & pavimenta varie distinguunt.* Picta marmora testulis, ac crustis Anastasius Biblioth. vocat marmora imaginata, & marmora in exemplis. In *Leone III.* Ponens in eo fundamenta firmissima in circuitu laminis marmoreis ornauit, & marmoribus in exemplis strauit. *Epist. 67.* Pontificum, quod palatij Rauennatis ciuitatis musa, atque marmora, ceteraque exempla

exempla tam in strato, quàm in parietibus sita vobis tribueremus. Nicetas Choniates *lib. 3.* vocat *το ποῦματα δὲ ἀψιδῶν.* In Isacio Angelo: τὰ δὲ ἀψιδῶν ποικιλοχρόων ἑκτυπα, *imagines per tessellas versicolores.* Interdum aut purpura, aut Indico parietes depicti sunt. Plinius *lib. 36. cap. 25.* Nunc & purpuris in parietes migrantibus, & India fluuiorum suorum limum, & draconum, & elephantorum, nulla nobilis pictura est. Superest, vt de apsidibus, & cameris dicamus. Quidam volunt, quemadmodum hodie, apsidēs Ecclesiarum, & fornices, ac tholi variis picturis exornantur; ita olim cameras, testudines, fastigia, trullos auro, purpura, encausto, minio Indico pingi solitos, quæ pictura musui diceretur. Quare Statius in *Tiburtino Manlij* dixerit:

—— labor est auri numerare figuras.

Sed bractearij, & inauratores, qui auro fornices illinebant, alij fuere à musuariis; parietes autem, non tantum apsidēs purpura pingebantur, dicente Plinio, nunc purpuris in parietes migrantibus, item encausto, coloribus vstis, minio Indico parietes picti. Vitruuius *lib. 1. cap. 5.* nunc passim toti parietes minio inducuntur. Figlina opera encausto, apud Plinium *lib. 36. cap. 25.* Agrippa figlinum opus encausto pinxit. Qui pingerent Indico, dicti sunt Indicoplastæ, non musuarij; qui coloribus lucem adderent, dicti *σαλκωταί*, & coloratores. Sequitur itaque, musuarios fuisse, qui solum, seu stratum, parietes, & apsidēs tesseras, ac scutulīs marmoreis ad effigies rerum, & animalium vermicularent. Quare Vitruuius *lib. 1. cap. 7.* dixit: Pulsa deinde ex humo pauimenta in cameras

30 *De Pictura, & Statuaria,*

cameras transiere ex vitro. Sed disertè Procopius *lib. 1. de edific. Iustiniani*: ἐναερῶν ἐν τῷ κήρῳ ἐντακένῃ, καὶ διαχυθένῃ ἐν ταῦτα παρῆσα, ἀλλ' ἐναερῶσιν ἡμῖν λεπτὰς τε, καὶ χρώμασι ὁραῖσιν ὡς πιντοδομαῖς, αἱ δὲ τὰτ' ἄλλα καὶ αἰσθῶντες ἀπομιμουῦνται. *Omne fastigium exculeum est picturis, non cera infusa, & diffusa eo loci fixum, sed tessellis minutis in omne genus colores tinctis aptatum, quæ & res alias, & homines imitantur.* Id genus musui describitur à Manilio *lib. 5.*

Artifices auri faciet, qui mille figuris

Vertere opus possint, careque acquirere dotem.

Materia, & varios lapidum miscere colores.

Sculpturæ faciet sanctis laquearia templis,

Condeniémque novum calum per tecta sonantis.

Eodem argumento Iulius Firmicus *lib. 4. cap. 15.* dixit: Bractearios faciet, musuarios, pictores. Vbi discrimen statuit inter musuarios, & pictores. Item: Faciet aurifices, & ex auro vestes pingentes, aut inauratores, aut musuarios. Symmachus *lib. 6. epist. 49.* In minoribus balneis piscinalem picturis potius, quàm musiuo excoli non probavi. Idem *lib. 8. epist. 41.* Musiuum cameris adhiberi ostendit. Nouum, inquit, musui genus reperiisti, quod etiam nostra ruditas ornandis cameris tentabit affigere, si vel in tabulis, vel in tegulis exemplum de te præmeditati operis sumpserimus. Theodosius, & Valentinianus A. A. *lib. 10. C.* musuarios artifices commemorant. Sæpe bractearij cum musuariis coniungebantur. Petrus de Natalibus basilicam antiquo musui, & auri opere exstructam scribit. Anastasius in Leone IV. oraculum pulcris marmoribus circumdans, apsidam
cuius

eius ex musiuo decorauit, aureo superinducto colore. Idem in *Leone III*. Edificauit Ecclesiam cum apſida amplissima, & cacumina magnifica de musiuo. Ibidem: Fecit in triclinio maiori miræ pulcritudinis decoratam apſidam, de musiuo ornata. In *Hilaro* dixit ornare ex musiuo, depingere musiuo. In *Benedicto III*. pictura musiuo decorare. In *Zacharia*: musiuo, & pictura ornare. Quod autem Spartianus ait: In Commodianis hortis in porticu curua, Pescenninum de musiuo pictum inter Commodi amicissimos, Isis sacra ferentem, existimo musium illud non in cameræ fastigio, sed in pariete expressum, ut faciliè in oculos incurreret. Gregorius Turonensis, & Aemoinus Monachus musiuo mentionem sæpe faciunt. Coronæ Hetruscæ auro illinebantur, quales fuere deducentium tensas, apud Tertullianum *lib. de corona militis*. Locus Varronis, quem supra notauimus *lib. 3. de re rust.* sic habet: Quum villas haberes opere tectorio, & intestino, ac pauimentis, nobilibusque lithostrotis spectandas. Tertullianus *lib. de corona militis*: Præferuntur etiam Hetruscæ. Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis, & foliis ex auro quercinis ob Iouem insignes, ad deducendas tensas cum palmatis togis sumunt. Plinius *lib. 33. cap. 1*. Corona triumphantis ex auro Hetrusca sustinebatur à tergo. Apud Plinium *lib. 37. cap. 2*. Pompeius in triumpho Pontico transtulit coronas ex margaritis triginta tres, musæum ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat. Imago Cn. Pompeij è margaritis Regio honore grata. Sed ut ad pauimenta redeamus, Cicero *pro domo sua*, dixit porticum suam fuisse pauimentatam,

32 *De Pictura, & Statuaria,*

tatam, λιθόρωτον, vt loquitur Eustathius *Odyss.* 10, quia ἡ λιθό, & ὁ λίθος de lapide pretioso dicitur. Athenæus *lib.* 5. abacos vocat tessellas sectiles, emblemata, insertas. πάντα τὰ πάντα δάπεδον εἶχεν ἐν ἀβακίσκοις συκλίσθον ἐν παντοίῃσι λίθων. ἔ μόνον ἐπὶ σαρίδῃ ὁ ἀβάζι ἀβάκιον, ἀλλ' ἰδὲ, & ἐπὶ λίθων ὁμοιοχημίωνων ξειλίνεσι ἀβάζι. *Hæc omnia pauimentum habuit in tessellis sectilibus compositum, ex lapillis omnis generis. Non modo de tabula dicitur abacus, sed etiã de lapillis, qui sint similes abacis ligneis.* μυστὴν est variegare, μυστήματα opus varium, & μυστήριον, μυστήριον. Inde vox, amussitarum opus, ad amussim politum, & amussis ipsa à Musis dicta. Barbaricarij ea opera factitarunt. Lucretius *lib.* 2. *de Phrygionib.*

Iam tibi barbarica vestes.

Horatius :

Iactâve barbarica Cybeles antiſtite buxo.

Virgilius :

Barbarico postes auro, spoliisque relucet.

Glossæ Isidori, Barbarica dicta omnia subtiliter ornata. Vitruuius *lib.* 7. *cap.* 1. Pauimentum si tessellis structum erit, vt omnes angulos habeant æquales, nullibique à fricatura extantes : Earum enim vsum retinebant tum modicæ fortunæ viri, deinde quadris, seu scutulis adiecere scutulas, & orbes, seu specula, & δέλτα, id est, *segmenta triquetra, & fauos*, id est, sexangula. Plinius *lib.* 35. *cap.* 1. Neronis tempore inuentum maculas, quæ non essent in crustis, inferendo vnitatem variare, vt ouatus esset Numidicus, vt purpura distingueretur Synnadicus, (natura ruber) qualiter illis nasci optarent deliciæ. Scaliger ouatum intelligit marmor ouali forma pauimento inclusum.

Malim

Malim ouatum lutei, seu vitelli oui colore. Persius aurum ouarum triumphorum, & ouationum dixit:

Auro quod ouato perducis facies.

Isidorus: Numidicum marmor Numidia mittit, ad cutim fucum dimittit croco similem, (vel succum.) Philostratus in Apollonio lib. 2. cap. 11. τὸ δ' ἰδθ αὐτὸ μαργαρίτθ σκεῖθ) Συμβολικὸν ἔργον, pauimentum ipsum ē margaritis constat insertis. Plinius, Vermiculatas ad effigies rerum, & animalium crustas. Vermiculus est scalpellum, seu veruculum sculptorum. Gloss. ἰδελίσκθ, vermiculus, subula, vt Suidas, & Etymologicum. Vermiculatus, id est, sculptus. Gloss. χονδροελαίας ἰδαφθ. Nicetas, τυπωμένα διὰ ψφίδων, effigies ex tessellis. Apud Athenæum lib. 5. In pauimento Hieronis descripta Ilias. ταῦτα δ' πάντα δάπεδον ἔχεν ἐν ἀβακίσκοις σκεῖδρον, ἐν πάντων λίθων, ἐν οἷς κατασκευασμένθ πᾶς ὁ περὶ τὴν ἰλιάδα μῦθθ. Ista omnia solum habuit ex tessellis omnis generis lapidum, in quibus fabula omnes Iliadis expresse. Galenus in exhortatione ad artes: τὸ δ' ἰδαφθ ἐν λίθων πολυτελῶν σκεῖδρθ διῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένα, pauimentum stratum lapillis pretiosis, ex quibus Deorum imagines expresse. Procopius lib. 1. de edific. Iustinian.

ἐυχρωθεῖσα ψφίδι λεπταῖς, καὶ χρώμασι ὁρασιμώταται πεποδαπνῆς, αἱ δὲ τ' ἄλλα καὶ ἀνθρώπων ἀπομυμνῆς). Colorata testis tenuibus, qua ornata erant coloribus omnis generis, quæq; et homines, et res alias imitantur. Plinius: Non placent iam abaci, vt spatia montis in cubiculo delitencia, cœpimus & lapidem pingere, hoc Claudij principatu inuentum. Seneca epist. 80. 86. Illis vndique operosa, & in picturæ

C c modum

34 *De Pictura, & Statuaria,*

modum variata circumlitio prætexitur. Gellius *lib. 17. cap. 4.* P. Mimus emblemata vertit *insertam*. Diximus supra ex Plinio, Pompeij imaginem fuisse ex gemmis. *Lib. 37. cap. 2.* Margaritis, Magne, tam prodiga re, & fœminis reperta, fieri tuos vultus? sic te pretiosum videri. Sed ad pauimenta redeamus. Platonias dicuntur pauimenta tessellata, Græci πλακωτὰ vocant, πλατὲς *crusta*. Anastasius: Sixtus III. Platonias porphyreticas posuit. Apud Sidonium *lib. 2. epist. 10.* bracteatum lacunar dicitur bracteis auri opertum:

Intus lux micat, atque bracteatum

Sol sic sollicitatur ad lacunar,

Fulgo ut concolor erret in metallo.

Musium describit ibidem:

Distinctum vario nitore marmor

Percurrit cameram, solum, fenestras,

Ac sub versicoloribus figuris,

Vernans herbida crusta saphyratos

Flectit per prasinum vitrum lapillos, &c.

Et campum medium procul locatas

Vestit saxea sylva per columnas.

Eusebius *lib. 4. de vita Constantini*, de basilica sanctorum Petri & Pauli, λίθων ποικιλίας ἀπάντων ἐξασπρίοντ' αἰνῶν ἐποίς, εἰς αὐτὸν ὁρῶν ἐξεδάφης πλακώσας, templum omnis generis lapillorum varietate fulgurans effecit à solo ad summum fastigium tessellis, & scutulis exornans. Constantinus Manasses de Iustiniani opere:

† μέγαν οἶκον † λαμπρὸν † ἐν τοῖς ἀνακτόροις,

χρυσῶν πυραυρήμασι ψαφίδων καταιγίσας τὰς τοίχας,

καὶ τὸ δάπεδον μαρμάρῳ καλλιχρυσῶσι.

Magnam domum splendidam in palatio illustrans, aurearum

rearum testularum splendoribus parietes, & pavimentum marmoribus auro vinctis. Paulinus:

Rident inscriptum camera crispante lacunar.

Aristeas in *Histor.* LXX. Interpreti, ait Ptolemæum Regem mensam è solido auro ad vsum templi faciendam curasse, in qua coronula ex lapillis, & gemmis omni fructuum genere contexta, vt in ipsis coronæ vuis colligatas vuas, spicas, palmulas, mala, oleas, rosas videres; in quibus nexi auro lapides, qui colore, specièque fructus quosque redderent. Carbunculus lapis in circuitu palmi vnus extendebatur, ex quo hedera assurgit, quæ florido acantho innexa viti implicatur, quæ cum vnâ pendentibus vndique racemis ad summum vsque circumambit, vt leui aura frondium crepitum exaudias, referentibus singulis verarum imagines rerum. Supra crateres Meander fluuius vnus cubiti altitudine ambit, lapidum varietate, & pulchritudine cuncta implicans. Apponam hîc locum alium de musiuo opere, ex Iacobi Pinti *lib. 3. tit. 4.* de Christo crucifixo, quem mihi indicauit Baltazar de Bus Societatis. I E S V Presbyter, vir doctus, & educumati iudicij. Iacobus igitur Pintus scribit, in Sardinia in Turriano templo nuper effosso repertum pavimentum musui operis vermiculati pulcherrimum, & quatuor monumenta, Gaudentij, Luxorij, Iustini, atque Florentij, Episcoporum, cum suis epitaphiis, ex ipso eodem musiuo opere tessellato appictis, floribusque, vasis, & auibz eiusdem operis speciosissimè intertextis. Sub altari confessionis subterraneo arcus insignis repertus est operis musui, longus decem palmos, & quatuor latus, semicircularis, omnigenis floribus,

36 *De Pictura, & Statuaria.*

ribus, rosis, auibus intertextus, cuius pauimentum lithostrotum musui operis tessellatum. Erant & picturæ crucis, agnorum, columbarum, iconicæ operis musui vermiculati. In ipso conditorij medio elegans iuuenis species ad viuum efficta eiusdem musui operis, cum agno humeris imposito. Idem Baltazar Buz. mihi amicissimus indicauit locum ex t. 2. Villapandi explanat. *part. 2. in Exech. cap. 40. lib. 3. cap. 23.* ad hæc verba: Et pauimentum stratum lapide in atrio per circuitum. Hebraicè, *Ve rispha ghasui lachatser sabib-sabib*, id est, & pauimentum factum atrio circumcirca. Vox *rispha* pauimentum significat ignitis carbonibus, vel lapidibus stratum; *rispha* ignitum carbonem, *Isai. 6.* Sed *lib. 1. Esther, rispha* significat pauimentum lapide stratum. LXX. *λιθόστρωτον*, pauimentum smaragdino, & Pario lapide stratum. Rabbi Dauid: Notum est, inquit, quod sit pauimentum porphyreticum, & byssinum. Variabant pauimentum lapidibus. Apud Plinium *lib. 37. cap. 5.* Iuba, ait, smaragdum, qui dicitur *Colos*, in Arabia ædificiis includi. Et apud eundem Theophrastus ait, à Rege Babylonio missum smaragdum muneri Regi Ægypti, longum quatuor cubitos, latum in vna parte quatuor cubitos, in alia duos. 1. *Paralipomen. 29.* Dauid ait: Ego præparauì impensas domus Domini, aurum, lapides onychinos, & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnemque pretiosum lapidem, & marmor Parium. Hebræa sic verrit Regius codex, lapides onychis, & impletionum, lapides fuci, & variegationis. Nihil magnificentius in opere musuo cerni potest, quàm quod visitur hodièque Constantinopoli in templo

templo Sophiæ, Romæ in æde S. Pauli, S. Agnetis, S. Cæcilæ, & in æde S. Mariæ maioris in sacellis, quæ Sixtus V. & Paulus V. Pontifices extruxerunt. Sed nihil admirabilius, quàm quod hodie visitur Florentiæ in æde S. Laurentij, in sacello subterraneo gentis Mediceæ. Quod suprà posui ex Procopio *lib. adific. Iustiniani*, paulò plenius adscribam. Fastigium, inquit, picturis expolitum est ex tenuibus lapillis. Imitantur cum alia tum homines. Qualis autem pictura sit, indicabo. Pugna est, & bellum, diripiuntur multæ vrbes, hinc Italiæ, inde Libyæ. Vincit Iustinianus. Accedit ad Regem dux integrum habens exercitum, tradit spolia, Reges, & regna. Stant in medio Rex & Regina, lætis similes, & ob victoriam ferias agentibus. Vandalorum, & Gotthorum Reges adueniunt, victi, & captiui, circumstat Romanorum Senatus, omnes ferias agentes. Hoc lapilli hilari planè, & florida facie ostentant. Vide eodem loci cætera.

De Pictoribus & Statuarijs claris.

C A P V T I X.

Picturam, cælaturam, statuariam ab infima antiquitate repeti posse ostendi, quum Seruch Abrahami auus statuarius & ἀνδριαντοποιὸς fuerit. Horatius Parrhasij statuarij, & Scopæ pictoris meminit *lib. 4. Ode 8.*

—— *Diuite me scilicet artium
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,*

C c 3

Hic

38 *De Pictura, & Statuaria,*

Hic saxo, liquidis ille coloribus

Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.

Idem per marmora intelligit statuas,

Non incisa notis marmora publicis

Per quæ spiritus, & vita redit bonis

Post mortem Ducibus.

Memnon fuit antiquissimus in Ægypto pictor, & statuarius. Vide Diodorum Siculum *lib. 2. de Simandij Regis Ægypti sepulcro*, cuius ambitus miliare vnum amplexus est. Eius sepulcri porta fuit è lapide Porphyretico tantæ magnitudinis, vt duo iugera longa esset, alta 40. cubitos. In eo ingredientibus occurrebat lapideum peristylum quadratum cuius singula latera 4. iugerum essent. Pro columnis animalia erant sita, monolicha, 16. cubitorum. Erat & alter aditus, & porta superiori similis sed sculptura vberiori. In ingressu statuar tres erant ingentes vnius lapidis Memnonis opus. Harum vna sedens cuius pedis mensura 7. excedat cubitos, ceteras Ægypti statuas magnitudine superabat. In tanta mole neque fissura, neque macula fuit. Erat & aliud signum matris vno lapide, cubitorum 20. habens supra caput reginas tres. Post hanc portam & aliud erat peristylon nobilius superiore sculpturis variis, in quibus bellum erat contra Bactrianos. Prima pars muri obsidionem vrbs sculptam continebat. Secundus paries sculptus erat captiuis absque viro, id est, excisis, & sine manibus. Tertium latus sculpturis variis, picturisque decoris Regis sacrificia, triumphumque deuictis hostibus continebat. In medio peristyllo statuar duæ iacebant ingentes ex vnico lapide cubitorum 7. & 20. dehinc ambulatio domibus plena,

na, in quibus diuersa epularum genera. Sculptus deinde eminens ceteris Rex variis coloribus, erant deinceps *Aegypti* Deorum omnium imagines. Sequēbatur bibliotheca in qua inscriptum, *Animi medicamentum*, postquam domus erat in qua 20. lectisternia Iouis & Iunonis. Ibi picta animalia sacris apta. Circumibat monumentum aureus circulus in quo descripti erant per singulos cubitos dies, anni, astrorum motus, & occasus. Hic circulus à Cambyse sublatus. Olympiade 18. qua Romulus intetiit, Candaules Rex *Lydiæ*, Bularchi pictoris statuam in qua erat Magnetum proelium auro rependerit. At Bularcho longè antiquiores fuere ij qui monochromata pinxerunt, *Hygieon*, *Dinias*, *Charmas*, & qui primus in pictura marem, foeminamque discreuit *Eumarus Atheniensis*, figuras omnes imitari ausus, quique inuenta eius excoluit *Cimon Cleonæus*. Hic catagrapha inuenit, hoc est, obliquas imagines, & variè formare vultus, respicientes, suspicientes, despicientes, articulis quoque membra distinxit, venas protulit, præterque in veste & rugas, & sinus inuenit. *Panæus* quidem frater *Phidiæ* etiam prælium *Atheniensium* aduersus *Persas* apud *Marathon* factum pinxit. Adeò iam colorum vsus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos Duces pinxisse tradatur. De *Apelle*, *Mentore*, & *Myo* *Propertius lib. 3.*

In Veneris tabula summam sibi ponit Apelles,

Parrhasius parta vindicat arte locum.

Argumenta magis sunt Mentoris addita forma,

At Myos exiguum flectit acanthus iter.

Phidias signis se Iuppiter ornat eburno.

C c 4

Praxi

40 De Pictura, & Statuaria,

Praxitelem propria vindicat arte lapis.

Gloria Lysippo est animosa effingere signa,

Exactus Calamus se mihi iactat equis.

Lysippus Tarenti Colossum fecit 40. cubitorum.
Statius de equo

— *Quem tradere es ausus*

Pelleo Lysippe duci.

De Myrone Ovidius lib. 3. de Ponto,

Ut similis vera vacca Myronis opus.

Calamidis statuariaj quadrigæ, bigæque laudantur,
qui 24. equos semper sine æmulo expressit. Par-
thasius primus symmetriam picturæ dedit. Mys
claruit argento cælando, cuius opera Rhodi Syle-
nus, Cupido, Scyphi. Martialis,

Quis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis.

Tatianus ad Græcos multos nobiles statuarios, &
pictores commemorat qui scorta pinxerunt, aut
cortè fœminas, *περίελλαν ἢ λύσιππο ἰχθυόμασιν,*
ποικίλους λιανάρχου μέγατον. Lysippus Praxillam
ære finxit, poëtriam Learchidem Menestratus, Si-
lanion Sapphonem, Naucides Erinnam Lesbiam,
Boiscus Myrtidem, Cephisodotus Myronem By-
zantium, Gomphus Praxigoridem, Amphistratus
Clitonem, Eurycrates, & Cephisodotus Anytem,
Niceratus Telefillam, Aristodotus Myrtidem, Eu-
tycrates Mnesiarchidem Ephesiam, Silanion Co-
rinnam, Eurycrates Talarchidem Argiuam. Phry-
nem meretricem Praxiteles, & Herodotus statua-
rij fecerunt, Niceratus Atheniensis Glaucipen,
quæ elephantum pepererat, Pantheuchidem gra-
uidam Eurycrates, Besantidem Pæonum reginam
quod infantem nigrum peperisset Dinomenes,
Europam tauro impositam Pythagoras statuarius.
Buculam

Buculam Meco, & victoriam superimpofuit ob Europam à Ioue raptam. Glyceram fcortum, & Argiuam pſaltriam Herodorus Olynthius, Bryaxis Paſiphaëm, Lyſiſtratus Menalippen, Polyſtratus Phalarim, cui Perillus taurum æneum adornauit, Pythagoras Polynicen, & Etheoclem, Periclymenus mulierculam quæ vno partu 30. fcetus ediderat, Andron Harmoniani Cadmi vxorem, Ariſtodemus Æſopum, Calliſtratus Euanthem, Calliades Neæram, Turnus Laidem, Philon Hephæſtionem, Leochares Ganymedem, Praxiteles Spitu-menem fceminam contaminatam, quæ omnia ſimulacra Romæ ſe Tatianus vidiffe ait. Ouidius de Apelle, & Calamide lib.4. de Ponto,

Ut Vener. artificis labor eſt & gloria Coi,

Æquoreo madidas qua premit imbre comas,

Vendicat ut Calamis laudem quos fecit equorum.

Plato lib. 3. Politic. πολὺν ὁ ἢ ἀγλαοφῶν, ἀδριαντοποιὸς, δαίδαλ ὁ ἢ μετίων, ἐπειδὴ πανοπδὸς, δῶδωρ ὁ σάμιος, Polygnotus Aglaophontis filius ſtatuarius, Dædalus Metionis, Epeus Panopæus, Theodorus Samius. Clemens Alexandrinus in Protreptico, φειδύας ἐπὶ δακτύλῳ ἢ δὸς ἢ Ὀλυμπίῃ ἐπιγράψας, παντάρκης καλός. Phidias in digito Iouis olympicæ inſcripſit, Pantarces pulcher. Erant qui mores paruum exprimerent, alij qui optimè, inter quos Polygnotus. Ariſtoteles, cap. 6. lib. de Poët. οἷον ἢ ἢ χαφίων ζευξίς πρὸς πολὺν ὡς πένονδεν. ὁ ἢ ἢ πολὺν ὡς ἀγαθὸς ἢ δὸς χαφὸν ἢ δὸς ἢ δὸς χαφὸν ἢ δὸς ἢ δὸς. Planè ut inter pictores Zeuxis à Polygnoto differebat, Polygnotus enim mores hominum belle exprimebat, contra Zeuxidis pictura moribus omnino caret. Athenis Hermæ ad formam Alcibiadis erant expreſſi, Praxiteles

42 *De Pictura, & Statuaria,*

teles os Veneris Gnidia ex ore Gratinæ meretricis duxit. Phryne Thespiaca omnium sui ævisfœminarum speciosissima vbique in Græcia pro Venerē stetit, ait Arnobius *lib. 6.* ἀφροδίτῃ γυμνὴ καὶ οἱ ἀδριαντοποιοὶ, καὶ οἱ ἀγαλατογλύφοι καταπαύσασσι, καὶ ἐδὲ χιτωνίσκῳ καλύψασσι. Venerem nudam statuarij, & sculptores sine amiculo in publico exponunt, ait Theodoret. Ante Eupompum Sicyonium duo genera picturæ fuere, Atticum, seu Elladicum, & Ionicum, seu Asiaticum. Eupompi tanta auctoritas fuit vt Sicyonium addiderit, quia Sicyonius erat. Pamphili qui præceptor Apellis fuit auctoritate effectum est in tota Græcia vt pueri ingenui ante omnia Diagraphicen, hoc est, picturam in buxo docerentur, recipereturque ea ars in primum gradum liberalium, ait Plinius. Vetitum ne seruitia picturam docerentur. Primus Polygnotus Thasius ante nonagesimam Olympiadem mulieres lucida veste pinxit, capita earum mitris versicoloribus operuit, os adaperire instituit, dentes ostendere, vultum ab antiquo rigore variare. Hic & Athenis porticum, quæ Poicile vocatur, gratuito pinxit, cum partem eius Mycon mercede pingeret; quare Amphictyones, quod est publicum Græciæ concilium, hospitia ei gratuita decreuere. Nonagesimatertia Olympiade Apollodorus Arhēniensis primus species exprimere instituit, primusque gloriam penicillo iure contulit. Neque ante eum tabula vllius ostenditur quæ teneat oculos. Is opes tantas acquisiuit, vt in ostentatione earum olympiæ aureis literis in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentaret. Fecit Peneopen in qua pinxisse mores videtur. Picturas illas
vocat

vocant Ethicas. Pinxit & athletam, adeoque sibi in illo placuit vt versum scriberet, ex eo inuisurum aliquem facilius quàm imitaturum. Plutarchus hoc dictum tribuit Apollodoro Atheniensi, non Zeuxidi. Parrhasius primus symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, in lineis extremis palmam adeptus est.

De picturis honestis, ac turpibus.

C A P V T X.

THebis honestæ tantùm picturæ fuere, in eos animaduersum, qui turpia pingerent. Fabij pictoris filia pudicitia studio virum nunquam pinxit, cætera graphicè expressit. Fuere alij pictores *ῥιπαρχάφοι*, inter quos Pyreicus, apud Plinium *lib. 35. cap. 10.* & Arcellius. Romæ *πορνογράφοι*, de quibus conqueritur Clemens in *Protreptico*, *πνακίοις πρὸ κατὰ γράφοις μετρεώτερον ἀνακηρύχουσιν ὡς ἀκατάσκευοι, ἀσελγείαις τὸς θαλάμους κακοσμήχασιν. Τὰ βέλτερις ἐν ὑψηλοῖς ἀσπίσι τὰς ἀσπίδας ἐκκαθαίρουσιν.* Aliæ vobis sunt imagines, panisci, puellæ nudæ, satyri ebrij, & partes illæ arrectæ pictura nudatæ, aut schemata, & figuræ Philænidis. *καὶ ἄλλαι ὑμῶν εἰκόνες παῖσκι πινεσιν, καὶ γυναικὶ κόραι, καὶ σάτυροι μεθύοντες, καὶ μοιρίων ἐν ταῖς ἑστῇς γυναικὶ ἀπογυμνάζουσαι. Ἐξ ἀφρόνων τὰ φιλαίνιδος σχήματα. ἀπορρίψαντες δὲ τὴν αἰδῶν, καὶ τὸ φόβον οἴκοι τὸς ἑστῇ δαίμοναν ἐξάφουσι τὸς παρρησιασμένους. Αβιεκτο pudore, & metu domi demonum libidines depingunt, & in lecto iacentes inter ipsos amplexus*
in.

44 *De Pictura, & Statuaria,*

in Venerem nudam in ipso concubitu vinctam respiciunt, & in palis annulorum auem amatoriam Ledam circumvoluantem exscalpunt. Parrhasius pinxit minoribus tabulis libidines, eo genere petulantis ioci se reficiens.

De picturis natiuis, & veluti vivis.

C A P V T X I.

HAbuit scena ludis Claudij Pulchri, magnam admirationem picturæ, cùm ad regularum similitudinem corui decepti imagine aduolarent. Cùm Zeuxis detulisset vuas pictas tanto successu, vt in scenam aues aduolarent, Parrhasius detulit linteum pictum tam subtili opere, vt Zeuxis alitum indicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostenderet picturam, atque intellecto errore concederet palmam; quoniam ipse aues fefelleret, Parrhasius se artificem. Fertur & postea Zeuxis puerum vuas ferentem pinxisse, ad quas cùm aduolassent aues, iratus operi, dixit: Vuas bene pinxi, puerum malè, quem aues timere debuerant. Apelles imagines adeò similitudinis indiscretæ pinxit, vt quidam ex facie hominum addiuinans, quos Metoscopos vocant, ex iis dixerit aut futuræ mortis annos, aut præteritæ vitæ. Ita lege postremum hoc verbum, quod deest, apud Plinium *lib. 35. cap. 10.* Omnia Apellis opera quatuor coloribus facta. Is cùm in certamine pinxisset equum, ambitu æmulos præualere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit. Apel-
lis

lis tantùm equo adhinniuere. Is absoluta opera atramento illinebat ita tenui, vt idipsum repercussu claritates oculorum excitaret, custodirétque à puluere, & sordibus, ad manum intuenti demùm appareret. Sed & cum ratione magna, ne colorum claritas oculorum aciem offenderet, veluti per lapidem specularem intuentibus è longinquo, & eadem res nimis floridis coloribus austeritatem occultare daret. Æqualis eius fuit Aristides Thebanus. Is omnium primus animum pinxit, & sensus omnes expressit, quos Græci vocant *Etbe*. Ostendi suprà, Socrati deberi, quòd mores exprimerentur.

De pictis vestibus, & textilibus.

C A P V T X I I.

Pingunt vestes in Ægypto, inter pauca mirabili genere, candida vela postquam attriuere illinentes non coloribus, sed colorem sorbentibus medicamentis. Hoc cùm fecere, non apparet in velis, sed in cortinam pigmenti feruentis mersa, post momentum extrahuntur picta. Mirùmque, cùm sit vnus in cortina colos, ex illo alius, atque alius fit in veste accipientis medicamenti qualitate mutatus. Nec postea ablui potest, ita cortina non dubiè confusura colores, si pictos acciperet, digerit eos ex vno, vel, vt alij legunt, ex vino, malè meo animo; pingitque, dum coquit. Et adustæ vestes firmiores fiunt, quàm si non vrerentur. Tunicas pingi iam olim Romæ solitas ostendunt

46 *De Pictura, & Statuaria,*

dunt. tunicæ pictæ, & palmatæ, quas à Thuscis Dionysius Halycarnasseus petitas esse vult. Item belluata Babylonica acu picta, & plumacia, de quibus diximus libro de veste Pontificum. Cicero *lib. 6. in Verrem*, Nulla pictura neque in tabula, neque textili. Apud Nonium Varro, quid sit bene pictum à plumario, aut textore in puluinariis plagis.

De Penicillo, & cestro.

C A P V T X I I I.

Cestrum propriè veruculum est, quo cauatur Cebur. Pollux pro stimulo, & stylo ponit. Quidam cæstrum veruculum ignitum esse volunt, à *καίστρον*, quasi *καῦστρον*. Cæterum veteres pinxere aut cera, aut penicillo, aut veruculo, seu cæstro, in obore. Penicillum Martialis vocat arūdinem, *lib. 9.*

Nomen Acidalia meruit quod arundine pingi.

Plinius *lib. 35. cap. 10.* Absterferat Protopogenes sæpius, mutaueratque penicillum, iratus arti spongiam impegit inuiso loco tabulæ. Plutarchus de fortuna: ἡ ἀπὸ γονὸν χρομάτων ἀνάπλεων. Penicillus fit ex caudarum extremis, dicitur à pene. Plinius: Arreptoque penicillo lineam ex colore duxit summae tenuitatis per tabulam. Quintilianus *lib. 2. cap. 21.* Cælator cælum, pictor peniculum. Tabulæ propriè sunt pictorum, signa sculptorum, qui vtuntur scalpro, scalpello, cælo, vulgò *burin*. Cicero *lib. 7. epist.* Signa, tabulæ, *παμπροσφύρα*. Sacerdos Mineruæ dictus Trapezophorus. Fuit signum dictum

dictum Trapezophorum. Apollodorus Atheniensis primus gloriam penicillo iure contulit, ait Plinius.

De Pergula.

C A P V T X I V.

Pergula est proiacti, seu mæniani genus in publicum spectans, ubi pictores opera sua exposcebant. Apelles opera perfecta proponebat in pergula, auctore Plinio *lib. 25. cap. 10.* Lucillius:

Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

Alia pergula straminea fuit, alia ædificiorum. Quidam mulctatus est, quod cum corona rosacea ex pergula sua in forum respexisset, ait Plinius.

De Pinacotheca, & tablino.

C A P V T X V.

Pinacotheca dicta, in qua tabulas pictas reponabant. Plinius *lib. 35. cap. 2.* Pinacothecas veteribus tabulis consuunt, fortè construunt. *Ibidem:* Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum. Cicero *lib. 3. de natura Deorum:* Tabularium. Apuleius *ult. Florido:* Perpulcra tablina. Festus: Tablinum proximè atrium locus dicitur ob tabulas rationum.

De

De Machinis, Ocribante, Cinnabo.

CAPVT XVI.

Ο Κεῖσαντα Suidas esse ait οὐλύω ἰδίως πάντων
 ἢ λέγοντων τὰ πλαστικὰ πῆγματα ἐφ' οἷς δια-
 τυπῶσι τὰς εἰκόνας, *Tabernaculum*, seu *pulpitum orato-
 rum omnium*. Item : *Composita tabulata*, seu *pegmata,
 pictorum*, αὐτὶ *ficorum*, in quibus imagines effingunt.
Pollux lib. 7. ἐφ' ἧς αἱ πίνακες ἰρεῖδον ὅταν χράσων
 ξύλον οὐὰ τεισκαλῆς καὶ λέγεται οὐκρίβας τε, καὶ καλύβας.
Ocribas, aut *calybas* dicitur lignum tripes, in quo
 tabulæ fulciuntur, cum pinguntur; Latini voca-
 runt *Machinas*. *Plinius lib. 35. cap. 10.* Amulius sem-
 per in machinis. Canabi ligna erant, circa quæ
 primum fectores ceram ponebant. κέρατοι τὰ ξύλα
 περὶ ἃ τὸ πρῶτον οἱ πλαστικὸν κερὸν πλάσσει. *Hesychius:*
 καλύβας κερὸς ὃ χερὸν οἱ ἀνδριαντοποιοὶ *Canabia cera,*
qua utuntur statuarij. Suidas : κίναβας εἶδωλον περὶ
 ὃ οἱ πλαστικὸν καὶ ζωγράφους βλέποντες διαπίδναι πλάττοντες
 καὶ χράγοντες. *Cinnabius est idolum*, in quod pictores, &
 fectores intuentes se disponunt ad opus. *Hesychius:*
 καλύβας τραπεζῶν βάσεις, καὶ ὑποδήματα, ἢ τεισκαλῆς
 τραπεζαί, *cillibas mensarum fulcrum*, & *tripedes mensæ.*
τεισκαλῆς τινὰ σκαλίσματα, ἐφ' ὧν ἀπιδιάσι τὰς ἀσπίδας,
tripedes machina, & *mensa*, in quibus ponunt clypeos.
Tertullianus in Apologet. Quod simulacrum non
 prius argilla deformat cruci, & stipiti superstructa.
 In patibulo primum corpus Dei vestri dedicatur.
 Patibulum vocat οὐκρίσαντα, & machinam passis
 brachiis, in qua Deorum simulacra fingeantur.
Plato in Sophista, duo genera μιμητικῆς, imitantis
 artis

artis ponit, εἰκαστικὴ καὶ φανταστικὴ, eam quæ formas reddit, & aliam quæ phantasmata. Icasticen ὁπότεν καὶ τὸς τῷ ὁμοειδέϊ μαθητῇ συμμετείας (τύπος) τις ἐν μίμῃ, καὶ βάσει, καὶ πλάτῃ, καὶ ὅτε τέτοις ἐτι χρώματα ἀποδίδῃς τὰ προσήκοντα ἐνέσῃς τῷ ἑ μίμηματι (ἡμῶν ἀπεργασίῃ). Cum aliquis ad proportionem exemplaris (addidi τύπος, quia deesse videtur) in longitudine, profunditate, latitudine, & colores reddens quæ ad singulos pertinent effecerit generationem imitanti. Fantasticen vocat, quando non secundum quod est, sed secundum quod animo concipit, licet à vero aberret, imaginem effingit.

De pictura ex Polluce.

C A P V T X V I I.

Pictor dicitur γραφὴς γραφικὸς, ait Pollux lib. 7. cap. 28. ζωγράφειν, ζωὰ ποιεῖν, est ars imitans animalia, τέχνη ζῶων μιμητική, ζῶων ποιητική, ὁμοιωτική. Pictura σκιαγραφία, Penicillus γραφίς, ὑπογραφίς. tabulæ πίνακες, πίνακις, cera, medicamenta, colores ἄνθη, flores, κηρὸν πῆξας, ceram fundere, miscere, σκιάν ὑποπυπύσαις adumbrare, ἀποχρῶσαι colorare. Colores ὄρειον, purpura, ποσειδὸν viride, κροκοειδές, croceum, cæruleum, fuscum κυαναῖς, cinnabari, rubrum, flauum, fuscum, φλογόχρουν, λευκόχρουν. Theophrastes lib. de Lapidibus, κιννάβαρι τὸ ῥ' αὐτοφυές, τὸ δ' κατ' ἐργασίαν. αὐτοφυές τὸ περὶ ἰσθμίαν σκληρὸν σφόδρα καὶ λευκός. rubicundum est.

Dd

De

De Imaginibus, & Simulacris.

CAPUT XVIII.

IMagines à Græcis dicuntur ἰδρύματα, εἰκόνες, εἰκόνες, ἀγάλματα, ἀνδριάντες, βρίπας ἀπὸ ἤ. βρετῆ, εἰκόν, εἰδωλα, εἰλαί. Signa, sigilla, sigillaria, simulacra, statua, imagines, forma, species. Theodoret. in *Aporis*, & Georgius Monachus, τὸ εἰδωλον εἰμίαν ὑπέ-
 σαιεν ἔχει. *Idolum nullum suppositum habet*, ut chime-
 τα, τὸ δ' ὁμοίωμα πνός ἔστιν ἰνδαλμα, καπίνωμα, *simi-*
litudo eius quod est similitudo est. Ideo Deus dixit,
Non facies tibi idolum, aut similitudinem, Leuit. c. 19.
 Idola dicuntur Elilim, Auanim. cap. 13. Elil, &
 auen, significat vanum, Schecher mendacium, ut
 Hieronymus cap. 7. *Osee*. Plato in *Theateto* ἡ δὲ
 εἰδωλα καὶ πλείονες ποιεῖται μὲν ἢ ἀληθὺς, menda-
 cia, & simulacra pluris facientes, quàm verum.
 Germanus Patriarcha *epist. ad Leonem Isauricum*,
 ex Zacharia cap. 13. ostendit Christum omnia ido-
 la aboleuisse. Itaque habendæ non sunt pro idolis
 Sanctorum imagines, quæ hodie apud nos ha-
 bentur, cùm Tertullianus pastorem in calice scri-
 bat exsculptum. Hieronym. in cap. 1. *Iona*, In cu-
 curbitis vasculorum, quas Sancomarias vocant,
 solent imagines Apostolorum adumbrari. Cle-
 mens Alexandr. lib. 1. *Stromat.* ait olim statuarios,
 cùm statuam finxissent occidi solitos, ut statuæ ἐ
 cælo delapsæ putarentur. ἑὸς ἀνὸν διππῆς βρίπας vo-
 cant, id est, *a Ioue missum simulacrum*. Idem lib. 5.
 Cecropem primum Athenis statuas exhibuisse
 ait, unde *Διὸς* dictus sit. Minutius Felix in *Oetanio*,
 ipsum

Lib. I. Cap. XVIII. 51

ipsum statuarum satum eruit his verbis : Dum Reges suos colunt religiosè , dum defunctos eos desiderant in imaginibus , dum gestiunt eorum memorias , sacra facta sunt , quæ fuerant assumpta solatia . Idem Sapiens docet , *cap. 4. Sapiens* . Lactantius *lib. 4. cap. 2* . Superstitiosos esse ait qui superstitem parentum memoriam colerent , aut qui parentibus superstitis celebrarent eorum memorias . Vide S. Cyprian . *epist. 57* . & Eusebium *lib. 1. præpar.* Cedrenus prodit Ragau genuisse Seruch , ὃς περὶ τὰς περὶ ἀνδρείον ἀρετῆς ἐκ μνήμης ἄξιον ἀνδείασι σιλῶν ἐτίμησεν , qui primum eos qui aliquid ex virtute gessissent memoria dignum , statuas honorauit . Tara pater Abraham ἦν ἀγαλματοποιὸς ἀπὸ ξύλων ἐκ λίθων θεὸς πλασθεὶς , erat statuarium ἐξ ὕλης & lapide Deos fingens . Abraham Deos patris sui incendit , εἰδὼς ὅτι πατρὶς αὐτοῦ ἔχουσιν . Cedrenus hoc utrumque mutuatus est ab Eusebio & Epiphanio . Eusebius in *Chronico* , Seruch ex tribu Iaphet εἰδὼς λαομασίαν idolorum cultum induxit . Epiphanius in *Paravio pag. 9. lib. 1* . Thara primus fuit luti opifex , & fictor , πλυργὸς , ἐκ πλασῆς . Ex figlina orta est statuaria , ἀνδριαντοπλασία ἀπὸ πλυργίας . Diosdorus prodit Telchinas primos omnium statuas Deorum fecisse , alij Dædalum . Apollodorus *lib. 3* , Dædalus cum Talo filium sororis occidisset , ut eius luctum solaretur , fecit eius simulacrum quod primum omnium fuit in orbe . Tzetzes in *Cbiliad* . veteres statuarios ἀνδριάντας ἄχοντας , ἀποδὺς ἀομμάτους , ἢ τοῖς ποσὶ συμβεβηκότας , statuas fecisse sine manibus , sine pedibus , sine oculis , aut pedibus coniunctis inter se . Dædalus primus ὁμματα διέπτεται , ἐκ τῶν ποδῶν διίστησι , oculos aperuit , pedes dissociavit , unde &

D d 2 eius

52 *De Pictura, & Statuaria,*

eius statuas auolare dixerunt, nisi vinctæ essent. Inde est quod Prometheus homines è luto finxisse dicitur. Horatius *Od.* 16. *lib.* 1.

Fortur Prometheus addere Principi

Luto coactus particulam undique

Defectam, & insani leonis

Vim stomacho apposuisse nostro.

Propertius *eleg.* 3. *lib.* 3.

O prima infelix fingenti terra Prometheo.

Martial.

Ficta Prometheo diceris esse luto.

Diodorus Siculus *lib.* 4. *pag.* 192. οἱ δὲ καὶ τότε

τεχνίῳ κατεσκεύαζον τὰ ἀγάλματα τοῖς μὲν ὀμμοῖσι μι-

μνήσας, τὰς δὲ χεῖρας ἔχοντα καθεμίναν. Ante Dæda-

lum artifices statuas fingeant oculis conniuen-

tibus, & clausis, manibus demissis. Imò columnæ

per initia pro statuīs fuisse, & stipites, & lapides.

Prudentius,

Deasciatis supplicare stipiti.

Tibullus,

Nam veneror seu stipes habet desertus in agris,

Seu vetus in trivis florea ferta lapis.

Plutarchus in *Julio*: Caius Amatius Cæsari in foro

columnam posuit, vbi thure, & mero suppli-

caient. Cicero 1. *Philippica*, Lactantius *lib.* 1. Cle-

mentis Alexandrinus *lib.* 1. *Stromat.* Dearum olim

simulacra erant κίονες πυραμίδεις, καὶ πυραμίδι μὲν

ὁ μελίχθις, κίονι δὲ ἄρτεμις ἢ παρθεὶς ἢ ἐκασμένη.

Corinthi columna pyramidis inftar teretes, Melichius

pyramidi, Diana columna assimilata erat. Apollo

ἀγυῖς, seu Vicanus erat columna in acutum desi-

nens, seu turbinata in vestibulis ædium, καὶ οὖν αἱ

ἐξ ὧν ἄγυος. Iunoni Argiux lignea columna posita

coronis,

coronis, & fimbriis ornata:

ἡρης ἀργείης ἢ σέμμασι, καὶ θυάνοισι

πρώτη ἐκόσμησεν πρὸς κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Iunonis Argiæ, quam coronis, & fimbriis prima ornauit circa columnam longam Reginæ. Eusebius lib. 3. de preparat. Penas primus ex arboribus, quæ erant circa Tirynthum, pyro excisa opulentum simulacrum Iunonis formauit: ἐκ τῆς πρῆτης δένδρον ὅχλῳ τεμὼν Ἀκτίανον ἥρας ἀγάλμα μορφῶσαι λέγει. Lapidem enim durum, & operæ difficilis, & mortuum excindere volebant, aurum, & argentum aiebant esse terræ sterilis foetum. Non tantum autem Diis, verum & hominibus columnæ pro statu is attributæ. Plinius lib. 34. Antiquior celebratio columnarum, sicut C. Menio, qui deuicerat priscos Latinos. Iosephus lib. 11. origin. Simon Machabæus fratribus σήλαι μονολίθους ἐπὶ αἰδρούσατο, columnas solidi lapidis septem posuit. Vnde & σήλαι sumuntur pro statu is. Item lapides. Virgilius in Copra:

Anne coronato vis lapide ista legi.

Arnobius lib. 6. Videtis Arabas informem lapidem coluisse, lignum indolatum Carios pro Diana, Pessinuntium filicem de cælo lapsum pro Deum matre. Maximus Tyrius serm. 38. Arabum ἀγάλμα λίθῳ τετράγωνῳ, ἢ παφίῳ ἀγάλμα πυραμὶς λευκῇ, simulacrum lapis quadrangulus, Veneris pyramis alba. Genes. 39. Iacob ait: Lapis iste ὃν ἔστησα σήλῳ, ἔστη μοι οἶκῳ θεῷ, quem columnam statui, erit mihi domus Dei. Exod. 23. σωτὴς ἡσ σήλας τῆς θεῶν, cūm Deorum columnas contriuisset. Coluerunt item pro statu is lapidum acervos Mercurio sacros, quos ἑρμακας vocat Hesychius. Clemens lib. 1. Stromat. σήλας

D d 3 σημαίνε

54 De Pictura, & Statuaria,

σημαίνει τὸ ἴσος, καὶ μόνιμον ἢ θεῶ, *columna significat firmitatem, & immutabilitatem Dei.* Euripides :

θύλαⓈ θεοαἰοισι δόνουσⓈ πολυγῆδης.

Columna Thebanis Dionysius latinita parens. ὅτιν ἀκεί-
νωθῶμαι τὰς ἡδὲ ἀγαλμάτων χάσεις κίονας ἴσους ὡς ἐφί-
δρύματα ἢ θεῶ. *Prinſquam exactè habitus ſtatuarum
fingerent, columnas colebant ut Dei ſimulacra.* Emiffeni
colunt Solem nomine Halagabali, vel, ut ait He-
rodianus, ἱλαρομαβάλε, in montis effigie, qui de
cælo delapſus ſit. Hinc Alagabal, quaſi mons
Deus. Eius ſimulacrum, λίθος ὅτι μέγας κατὰ δυν-
αμεινός λίθων εἰς ὀξύτητα. κωνοειδὲς ἢ αὐτῷ ἡμῶν, διο-
πτῇ ἢ αὐτὸν ἐμολογῶσι, ait Herodianus, *eſt lapis
maximus in imo rotundus, deſinens in acutum; forma
eius inſtar conſi, ſeu metæ, qui de cælo deciderit.* Philo
de legat. ἀσπίδας ἀρχέφους, clypeos ſine pictura pro
ſimulacris poſitos ait. Dionyſius lib. de ſign orb.
Simulacrum Ephēſiæ Dianæ commemorat. Erat
truncus acutus vlmeus, ὀρέμω ἐνὶ πέλιν, unde
vrbs Ptelea dicta. Callimachus, βρέτας φάγξ ὅτι
ὀρέμω, *ſimulacrum in fagi ſtipite.* Iudæi lapidem
Betulum coluerunt. Itinerar. Burdegal. In loco
templi non longè à duabus ſtatuis Adriani, eſt
lapis pertuſus, ad quem Iudæi quotannis ve-
niunt, & vngunt, & lamentant ſe cum gemitu.
Huiuſmodi lapides vocant Betulos, à Betel, ubi
Iacob lapidẽ crexit. Bætulus lapis, qui à Sa-
turno voratus eſt. Eos ἐμψύχους, καὶ αυτοκίνητους
ſuiſſe aiunt, animatos, qui per ſe mouerentur,
ut Photius ait pag. 657. εἶδον ἢ βαίτυλον δι' αἱρⓈ
κινέμενον, *vidi batylum, qui per aërem mouebatur.*
Poſtea ex lapide, & metallis ſimulacra facta. Pli-
nius lib. 35. cap. 2. Non ſolũm ex auro, argenteo,
aut

aut certè ex ære dicantur Docti in Bibliothecis.
Prudentius :

*Fumosa auorum numina,
Saxum, metallum, stipitem,
Rasum, dolatum, sectilem.*

Clemens in *Protreptic*. Scythæ acinacem, Arabes lapidem, Persæ fluuium colunt, καὶ οἱ παλαιότεροι ξύλα ἰδρύοντο θεωρῶν, καὶ κίονας ἴσων ἐν λίθων, ἀ δὲ καὶ ξόανα θεωρηρῶντο, διὰ τὸ ἀποξένου. *Ei uenustiores ligna statuebant illustria, & columnas ex lapidibus, quæ dicta Xoana, quod raderentur.* Hasta Romæ fuit simulacrum Marris. Festus: Delubrum stipes delibratus, id est, decorticatus, qui pro Deo colitur. Cicero pro *Plancio*: Lapidem è sepulcro venerantur pro Deo. Sibylla, καὶ ἀνὰ παράδοξιν λίθων συλῆματα ταῦτα σέβειν, & in peruiis transitionibus lapidum acervos colitis. Vide Helychium in verbo ἱρμῆος λόφος. δεικλίσαι μῦνται ὧς λέκων. ἀνδρείκελα, δεικέλα, ξόανα, ἀναθήματα vocant. Lacones δεικλίσαις, & δεικλίσαις, inimos, & histriones. Romæ primum simulacrum ex ære factum est Cereri, ut Plinius cap. 5. lib. 34. prodit. Simulacra autem Deorum vestibulis ornabantur. Lycophron, πατρίω ἀγάλματα ἐγκατοικεῖν θεῶν, πέπλοις ὀψείν, patria simulacra Deorum domi ponere, & vestibulis ornare. Statuæ pannos, & vincula patiebantur. Seneca in *epistol*. Statuis peplos addimus, & indumenta pretiosa, quibus usus velaminis nullus usus est. Petronius: Iuuenes adhuc laboris expertes patiemur pannos, pati & vincula, statuarum ritu. Clypei fuere pro imaginibus. Eusebius in *Chronico*: Claudio positus clypeus in curia aureus. Suetonius in *Domitiano*: Clypeόςque iussit, & imagines

56 *De Pictura, & Statuaria,*

eius coram detrahi. Tales erant clypei, qui gradatim vexillis, & signis legionum erant affixi, qui *αστομας*, & ora Cæsarum habebant. Trebellius in *Clandio*: Illi clypeum aureum Senatus iudicio in curia positum est, expressa thorace vultus eius imago. Adhelmus *de laudibus virginitatis* vocat *σπαρίςας*. Ruffinus *lib. 11. cap. 29*. Thoracas. Constantinus Porphyrogenneta anaglypha, *μυσεία*, mensulas argenteas insculptas, quæ in parietibus instructæ erant. *αστομή*, vulgò Medallia, quasi metallica. Prudentius in *sancto Laurentio*, ænigmata. Plinius *lib. 33. cap. 3*. Suorum clypeos in sacro, vel publico priuatim dicare primus instituit Appius Claudius. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines. Origo plena virtutis faciem reddi in scuto cuiusque, qui fuerit illo usus. Pœni ex auro factitauerunt & clypeos, & imagines, secumque in castris tulere. Simulacra autem variis rebus ornabantur, cum ut ab iniuria ruita essent, tum ut religiosius haberentur. In primis, lunulis quibusdam argenteis, aut æreis eorum capita tegebantur, ne aues insiderent. Hesychius: *μυνίσκοι τὰ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῶν ἀνδριάντων πτέρεα, ἵνα μὴ τὰ ὄρνεα κατέβη*. Lunula in statuarum capitibus posita, ne aues stercore ea contaminarent. Coronis ornabantur. Iuuenalis:

O nostri, paruique lares, quos thure minuto,

Et farre, ac tenui soleo exorare corona.

Quidam malè, exornare corona. Apuleius *Miles. 3*. Eponæ Deæ simulacrum, quod accuratè corollis roseis, & quidem recentibus fuerat coronatum. Hanc alij *Hipponam* vocant. Si caput simulacri
non

Lib. I. Cap. XVIII. 57

non possent tangere, ad pedes eius coronam deponebant. Propertius lib. 2. elegia 8.

Vt caput in magnis, ubi non est, ponere signis,

Ponitur hâc imos ante corona pedes.

Martialis lib. 10. epigramm. 32.

Hæc mihi quæ colitur violis pictura, rosisq;

Tibull.

Nam veneror, seu stipes habet desertus in agris,

Seu vetus in trivis florea ferta lapis.

Item inungebantur religionis ergò, & fumo, ac nidoribus nigrescebant. Arnobius lib. 6. Vt nidoribus, atque fumo suffita, ac delibuta nigrescant. Prudentius:

— & ficulni stipitis unctor,

Vnguentoq; lares humescere nigro.

Venetis vidi in Bibliotheca Reipublicæ Cybeles simulacrum fumo, & nidoribus atratum. Pausanias pag. 241. λίθος δέλφοις ἔ μέγας, τὸ τε καὶ ἔλαιον ὁσμύραι καταχέουσι, καὶ καθ' ἑορτὴν ἐν ἁγίῳ ἔλαιον ὀπιπιάσκει.

Lapis Delphis non magnus, super quem oleum cottidie affundunt, & per dies festos lanæ imponunt.

Themistius orat. 2. ὅποτε ὁ θεοφάνης ἐκείνῳ ἀναπτάσας τὰ περὶ ἄλυσιν τ' νεῶν, καὶ τὰς χιτῶνας περὶ τὰς ἀγάλματα, καλλυνέας τ' αὐτὸν, καὶ ὑποσμήνας περὶ τὰ χόρην. Quoties autem Propheta ille aperiens vestibula

templi, & tunicas simulacri componens; illudque exponens, & undique tergens. Atrianus lib. 1. Epicteti, cap.

19. καὶ γὰρ ἐγὼ τὸ πνέον διαπείω, καὶ πλύνω αὐτὸν, καὶ ἐκμαίνω. Nam & ego tabulam orno, & lauo, & extergo.

Arnobius lib. 1. Si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex oliui vngue sordidatum.

Theophrastus de superst. λιπαρὸς λίθος vocat pingues lapides. Apuleius in Apologia: Lapidem un-

D d s tum

58 *De Pictura, & Statuaria,*

ætum, aut ramum coronatum. Minutius Felix: *Lapides effigiatos, vnctos, & coronatos. Interdum ne prophanorum oculis exponerentur, velo tangebantur. Arnobius solis Sacerdotibus adorare simulacra licitum fuisse, & conspectus cæterorum velo oppanso interdici ait. Fiebant autem simulacra ex varia materia, ex lapide speculari. Clemens in Protrept. ἀθλιώσι τῶν σιμίων διῶν τὰς μὲν δύο σκόπας ἐποίησε ἐκ τῆς καλλιᾶς λυχνίως λίθου. Venerandarum Dearum scopas simulacra fecit è lapide speculari. Ex ligno Mercurius fuit, de quo Plato Comicus: δαίδαλε φωνὴν ἔχων, ξύλινον βαδίζων, αὐτομάτως ἐλάλυθα, ait ligneus Hermes. Habens Dadali vocem, ligneus ambulans ultra veni per me. Hesychius: καλαὶ dicuntur nidi ex lignis, in quibus simulacra Deorum lignea, ἐκ ξύλων ξυλινὰ πῃνα ποιεῖσθαι ἀγάλματα ἰδωλῶν. Alia signa ex luto fuere. Martialis lib. 14.*

Sum fragilis, sed tu, moneo, ne sperne sigillum.
 Quos Hesychius nidos vocauit, alij vocant ædiculas. Petronius: In armarij ædícula erant lares argentei. Tertullianus *de idololatr. cap. 8.* Nec enim differt, an extruas, an exornes, si aram, si templum, si ædiculam eius instruxeris. In templis dicebantur cellæ, in quibus simulacra, in priuatis ædibus ædiculæ, sicut de tabulis pictis tablina, & πναχοθήκη. Apud Gellium lib. 7. cap. 7. cella Iouis. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. Negante vnam cellam duobus Diis rectè dicari. Arnobius lib. 6. Tuguriola his dare, conclauia, & cellas fabricari. Liuius lib. 38. Prohibuisse statuas sibi in comitio, in rostris, in curia, in Capitolio, in cella Iouis poni. Arnobius lib. 6. Si apertum vobis est in
 signorum

signorum visceribus Deos viuere, cur eos sub validissimis clauibus, ingentibusque, sub claustris, sub repagulis, pessulis, habetis inclusos? Ac ne fortè fur aliquis irrepat, ædituis mille protegitis, atque excubitoribus mille. Cur canes in Capitolijs pascitis? cur anseribus victum, alimoniámque præbetis? Prudentius scripta saxa vocat, quibus nomen Dei ascriptum esset, cui ea saxa sacra essent:

Verris cruore scripta saxa spargere.

Tibullus *eleg. 1. lib. 1.* destitutum stipitem pro Deo fuisse ait. Ipsi etiam Palladi lapidem dicabant. Orpheus in *Argonaut.*

πειτοχμεν δῆξαν ἀείραντες βειθωὶ λίθον.

In Hispania passim tres, aut quatuor lapilli pluribus locis coaceruati erant, qui ab aduentantibus patrio more voluebantur, & conuertebantur. Strabo *lib. 3.* λίθους συγκαίῳς τρεῖς, ἢ τέτταρας καὶ πολλὰς τόπους, ἐς ἀπὸ τῆς ἀφικνουμένων σφίρειος καὶ τὸ πάπειον, καὶ μετασφίρειος. Propertius *lib. 1. eleg. 4.*

Nullas illa suis contemnet fletibus aras,

Et quicumque sacer qualis ubique lapis.

Ephesi in æde Dianæ simulacrum, & lacunaria è cedro, vt & in cæteris nobilibus fanis propter æternitatem facta sunt, vt scribit Vitruuius *lib. 2.* aut è stipite vitis, qui diutissimè perennat, auctore Plinio. Romæ statuas quiuis è plebe ex ære, & lapide in publico ponebat, quod vetuit Claudius apud Dionem *lib. 58.* ἐπειδὴ τε ὁ πόλις πολλῶν εἰκόνων ἐπληρῦτο, ἔξιν γὰρ ἀναίδω τοῖς βυλομένοις ἐν χρυσῇ, καὶ ἐν χαλκῷ λίθῳ τε δημοσιδεῖσθαι. Quia urbs multis imaginibus implebatur, licebat enim palam volentibus in pictura, & ære, & lapide publicari. Fiebant enim &

Deorum,

60 *De Pictura, & Statuaria,*

Deorum, & hominum simulacra ex gypso, ex ære, ex argento, ex auro, & alia materia. Tertullianus *lib. de idololat.* An plastes effingat, an cælator exsculpat, an Phrygio detexat, an gypso, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. Item ex ebore. Arnobius *lib. 1.* Venerabar elephantorum ossa, picturas, veteriosis in arboribus tænias. Sed & virgas Diis dicabant pro simulacris. Eusebius *lib. 1. preparat. pag. 21.* τὲς Δεργῆται ὡς θεὸς προσκυνοῦσι, ἑήλας τε, καὶ ῥαβδὺς ἀφιέρουσι ἐξ ὀνόματι αὐτῆς φοίνικας. Benemeritos pro Diis honorabant, & columnas, & virgas consecrabant ex eorum nomine Phœnices. Item *pag. 23.* scribit Ὑψουμ ἀνιερῶσαι δύο ἑήλας πυρί τε καὶ πνεύματι, καὶ προσκυνοῦσαι. τέτων δὲ τελευτῶντων τὲς ἀπολειφθέντας φησὶ ῥαβδὺς ἀφιερῶσαι, καὶ τὰς ἑήλας προσκυνοῦειν. consecrassè duas columnas igni, & vento, easq; adorasse. Cum autem illi mortui essent, qui relictæ erant, ait virgas consecrassè, & columnas adorasse. Multæ statuæ illinebantur auro, vel argento. Persius:

Auro sacras quod ouato, perducis facies.

Aurum ouatum alij ab ouantibus, alij quòd sit fuluum instar oui. Martialis *lib. 4. epigramm. 39.*

Nec defunt tibi vera Gentiana,

Nec quæ Callaico linuntur auro,

Solus Phidiaci toreuma cali.

Vera pocula Gentiana, quæ in castris Gentianis fiebant Romæ in septima regione, ut Pub. Victor. Vulgò malè Glaniana. Ausonius *epigramm. 26.*

Hos ille serum veste contegi iubet,

Hos calat argento grani.

De eburneis Diis Cornelius Nepos *lib. 6.* Daretis, Pyrrhus Priamo ait:

Cur

Lib. I. Cap. XVIII. 61

Cur stringis eburnos Diis inuise Deos.

Martialis *lib. 8. epist. 50. de auro, vel argento pustulato, recenti ab igne, & à moneta:*

Et nimium felix pustula vincit ebur.

Fiebant item è ferro. Primus Theodorus Samius reperit rationem, qua funderetur ferrum, vt ex eo fierent statuæ, διαχέαι σίδηρον εὔρε, καὶ ἀγάλματα ἀπ' αὐτοῦ πλάσαι. Glaucus Chius solus omnium hominum inuenit conglutinationem, & ferruminationem ferri. Herodotus *lib. 1. σίδηρον κόλλησιν ἐξῆυρε*. Tundebatur & ferrum marculis. Lucillius:

Et velut in fabricam feruens cum marculus ferrum Tundit.

Auream statuam sibi æqualem posuit Gorgias, ἰσομέγετον. Statuam auratam nec in vrbe, nec in Italia fuisse, antequam ab Atilio Glabrione equestris patri poneretur in æde Pietatis, anno 572. scribit Valerius Maximus *lib. 2. cap. 5.* Sæpe ferreis clauis aurum ferruminatum est, vt apud Petronium. Sed de simulacris Deorum nihil iucundius audiri potest iis, quæ ab Arnobio *lib. 6.* scribuntur: Ridetis temporibus priscis Persas fluuium coluisse, informem Arabas lapidem, Acinacem Scythiæ nationes, ramum Prognēs Thespios, alij legunt ramum pro Cinxia Thespios, id est, Iunone. Bene lignum Icarios pro Diana indolatum, Pessinuntios filicem pro Deum matre, pro Marte Romanos hastam, pluteum Samios pro Iunone, vt Aethlius memorat. Pluteum vocat tabulam, vel lignum dedolatum. Apud Arnobium vulgò *pluteum* legunt pro pluteo. Malè. Clemens Alexandrinus in *Protreptic. καὶ τὸ τὴ σαμίας ἡρας ὡς φησὶν αἰθλίθι, πρὸς τινες μὲν λέγουσιν, ὅτι ἐκ τῆς περὶ τῆς ἀρχῆς*

62 *De Pictura, & Statuaria,*

ἄρχοντες ἀνδριαντοειδὲς ἔχοντο. Eusebius *lib. de praeparat. Evang.* ἦρας ὃ καὶ πάντοι ξύλινον εἶχον εἶδος, ὡς φησὶ καλλιμάχος,

ἔπευ σκέλεμον ἔργον εἰς ξόανον, ἀλλ' ὅπῃ τιθεμένων
δὴ νεόγλυφον ὡς ἄναξ θεῶν ἦδ' αὖτε πάντας.

Hos versus ita lege :

ἔπευ σέμειον ἔργον εἰς ξόανον ὅπῃ τιθεμένων
ἀλλὰ νεόγλυφον ἦδ' αὖτε πάντας εἶδος ἀνάσσης.

ἔπευ γὰρ καθιδρύοντο θεῶν τότε, ait Eusebius. Nondum venerandum eras opus in lege simulacri, sed pluteus eras recens exsculptus, imago Deæ Reginæ. Tertullianus *in Apolog.* Quanto distinguitur à crucis stipite Pallas Attica, vel Ceres farrea, quæ sine effigie, rudi palo & informi prostat. Lucanus *lib. 3.*

§ ——— *simulacraq; mæsta Deorum*

Arte carent, casisq; extant informia truncis.

Apud Athenæum *lib. 14.* Deli imago Latonæ statua lignea, & informis. Clemens de ligno pro Diana, ἐν ἱερῷ δ' ἀρτίμειδος τὸ ἄγαλμα ξύλον ὡς ἐν εἰρησύνῳ, in *Icaro Diana simulacrum, lignum erat informe.* Arnobius *lib. 6.* Item : Simulacra ista, quæ vos terrent, ossa, lapides, æra sunt, argentum, aurum, testa, lignum sumptum ex arbore, aut commixtum glutinum gypso. Camelinis ex ossibus, aut ex Indici animalis dente, ex cacabulis, ollulis, ex candelabris, ex lucernis, fornacibus incocta figulinis, ex incudibus, & malleis nata, grossis rasa, descobinata limis, ferris, forcipibus, aculeis, asciiis secta, dolata, effossa, terebrarum excavata vertigine, runcinarum læuigata deplanis. Si quis ponat in medio æs rude, atque in opera nulla coniectum, argenti massas indomiti, infectum aurum, lignum, lapides,

Lib. I. Cap. XVIII. 63

lapides, atque ossa, resque alias cæteras, quibus signa consueta sunt, & numinum simulacra constare. Qui argentum, æs, aurum, gypsum, ebur, argillam Deorum in numerum referat. Videretis Deos, quos exterior leuitas lenocinio fulgoris augustat, laminarum statilium esse crates, particularum coagmenta deformium, à ruinarum casibus, & dissolutionis metu, subscudibus, & catenis, vincis, atque ansulis retentari, interque omnes sinus, commissurarumque iuncturas plumbum ire suffusum. Suidas in vocibus, ὁ δὲ ἄρης, τὸ δὲ ἀγαλμα λίδος ἐστὶ μέλας τετράγωνος ἀπὸ πωτός, ὕψος ποδῶν δι, ὡς δὲ δὴο, ἀνάκειτ' ὃ ἐπὶ βάσει χρυσολάτῃ. Arabes Martem colunt. Simulacrum eius est lapis niger quadratus, sine figura, altus quatuor pedes, latus duos, situs in basi aurea. Clemens Alexandrinus in *Protreptic*. Iunonis Citheroniæ in Thespia simulacrum esse scribit ὁρίμων ἐκκακομένον, stipitem excisum. In Icaro Dianæ simulacrum, ξύλον ἐκ ἐργασίῳ, Samiæ Iunonis, σκῆπτρον, tabula, seu asser. De glutine, quo tabulæ statuarum coagmentabantur. Prudentius lib. 1. in *Symmachum*:

— Mollis si bractea gypsum

Texerit infido rarescit glutine sensim.

Maximus Tyrius *serm.* 1. ἀράδιοι σέβουσ' ἡμῶν, ὃν πᾶσι δὲ ἐν οἷσιν τὸ δὲ ἀγαλμα δὲ εἶδον, λίδος ἐστὶ τετράγωνος. Dio Chrysost. *serm.* 12. ὥστε πολλοὶ τῶν βαρβάρων, πνίγα τι καὶ ἀπορία τέχνης, ὅτι θεὸς ἐπινομάζουσιν, καὶ δένδρα ἀργαῖα, καὶ ἀσκήματα λίθους. Arabes colunt nescio quem Deum, cuius simulacrum est lapis quadratus. Multi barbarorum inopia, & artis inscitia montes Deos nominant, & arbores inutiles, & lapides informes. Apud Solinum Scythæ pro simulacris enses colunt.

64 *De Pictura, & Statuaria,*

lunt. Clemens Alexand. *ὃ καὶ καθαιρώντας ἦρας ἐν
 διαπείᾳ φρέμιον ἐκκεκομμένον*, Cithæroniæ Iunonis in
 Thespia truncus excisus. ἐν ῥώμῃ δὲ τὸ παλαιὸν δορὺ
 φησὶ γινέναι τῷ ἄρει τὸ ξόανον ὑάρρων ὁ συγγραφεύς.
 Varro ait Romæ Martis simulacrum fuisse ha-
 stam. Arnobius *lib. 6.* Cum Petaſo gnatus Maiæ
 tanquam vias aggredi præparet. Liber membris
 cum mollibus, & liquoris fœminei dissolutissimus
 laxitate. Cum pileo Vulcanus & malleo. Arrian.
lib. 4. dissert. Epiet. Si autem ita surdus & cœcus
 est, vt Vulcanum non agnoscas bellulum fabrum,
αὐτὸν μὴ τὸ πλὴν ἰδὼς περὶ τοῦ κεφαλῆς περιέκλειον, nisi
 pileum videas in eius capite. Vulcani statuæ præ-
 terea *περίζωμα* dat Arrianus, & incticulum. Arnob. &
 fabрили expeditione succinctus. Simulacra autem
 gypſo & glutino compingebantur. Prudent. *lib. 1.*
in Symmach.

*Sacratumque domi lapidem consistere paruum
 Spectarat, matremque illic pallere precantem,
 Mox humeris positus nutricis, trinit & ipse
 Impressis filicem labris.*

Deos suos prophani stantes, sedentes, vestitos, nu-
 dos formabant. Porphyrius, *ἀνέπνοον χήμασι δια-
 φόρεσι, καὶ ἡλικίαις κατέδρασι τε, καὶ σάισι καὶ ἀμφιάσεις.*
 Arnobius *lib. 6.* in sedentibus signis Deum sedere
 dicendum est. De Scobinis Tertullian. *in Apologet.*
 At in Deos vestros per omnia membra validius in-
 cumbunt ascia, & runcina, & scobina. Minutius:
 Ecce funditur, fabricatur, scalpitur nondum Deus,
 ecce plumbatur, construitur, erigitur. Nec adhuc
 Deus est. Ecce ornatur, consecratur, oratur. Tum
 postremò Deus est. Verba enim habuere peculia-
 ria quibus in Diis suis fingendis vterentur, rade-
 bant,

Lib. I. Cap. XVIII. 63

bant, cælabant, sculpebant, excludebant, scalpebant, ducebant, decoquebant, infundebant. Statius lib. 2. Sylvarum,

*Si quid adhuc vacua tamen admirabile visu
Phidiaca rasere manus.*

Proprie radebant ebur. Idem lib. 4. Sylvar.

Artificum veteres agnoscere vulnus.

Vivunt quæ marmora calo,

Praxitelis, quod ebur Pisæo pollice rasum

Quod Polycleteis visum est spirare caminis.

De cælando, Silius lib. 11.

— — *Aspera mensa*

, Pondera calati fulgent antiquitus auri.

Apuleius Florido primo : Alexandrum Pyrgoteles ære duceret, Apelles coloribus delinearet, Polycletus cælamine excluderet. Plinius lib. 7. cap. 37. Lysippum pro Polycleto posuit, his verbis : Ne quis ipsum alius, quàm Apelles, pingeret, quàm Pyrgoteles sculperet, quàm Lysippus ex ære duceret. γλύφειν Græci dicunt. Lib. 4. Antholog. pag. 350. εἰμὶ μέντοι τὸ γλύμμα σοφῆς χειρὸς, ἐν δ' ἀμεδύσῃ γύλλυμαι. Sum vinum calatum docta manu in amethysto. De interpolando Plautus in Amphitruone :

Ille homo me interpolabit, meumq; os finget.

Denuò de scalpendo marmore Cassiodorus lib. 7. epist. 15. Instructor parietum, scalptor marmorum, æris fusor, camerum rotator, gypsoplastes, musivarius. De sculpendo Horatius lib. 2. satyr. 3.

Quid sculptum infabre, quid fustum durius.

De excudendo, & ducendo Virgilius 6. *Aeneidos:*

Excudent alij spirantia mollius æra,

Credo equidem, viuos ducent de marmore vulnus.

Horatius :

E c

Edicto

66 *De Pictura, & Statuaria,*

Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,

Pingeret, aut alius Lysippo duceret ære.

Apuleius *Florido primo*: Polycletus ære duceret.
De infundendo, & inurendo Tertullianus in *Apo-*
loget. Quod luto fictum, vel ære infusum, vel la-
pide incisum, vel cera inustum, vel pigmento il-
litum. Persius *saty.* 2. de cadendo:

Si tibi crateras argenti, incusq³ pingui
Auro dona feram.

Virgilius *lib.* 1. *Georgic.*

—— *lapidēque reuertens Incusum.*

De percutiendo Lucanus:

Primus Thessalica rector telluris Iolchos,

In formam calida percussit pondera masse.

De sculpendo Prudentius *lib.* 1. in *Symmachum*:

—— *non sicut sculptor ab æris*

Rudere decoctam consuescit fingere massam.

De fundendo idem:

Si fortè vultum tristioris Herculis

Liquore crispò massa finxit fusilis.

Lucretius *lib.* 1.

Conlabefactus rigor auri soluitur astu,

Tum glacies æris flamma deuicta liquefit.

Idem *lib.* 7.

Flammæ ardor ubi terram percoxerat igni,

Manabat venis feruentibus in loca terra

Concana, conueniens argenti riuus, & auri.

Statuas igitur & Diis, & vitis præstantibus po-
suere. Tertullianus in *Apologet*. Philosophi statuis,
& salariis remunerantur. Illis statuas diffunditis,
imagines inscribitis, titulos inciditis in æterni-
tatem, quantum de monumentis potestis. De ani-
mando spirantes imagines dixit Martianus Ca-
pella

Lib. I. Cap. XVIII. 67

PELLA *lib. 1.* Mercurius celebrat mirabile præstigi-
um, elegantiamque pingendi, cum viuos etiam
vultus æris, aut marmoris signifex animator in-
spirat. Thusci primi statuas spirantes inuenerunt,
apud Plinium *lib. 34. cap. 7. 8.* & Cassiodorum
lib. 7. epist. 15. Conspiciet expressas in ære venas,
nisi quosdam musculos tumentes, nervos quasi
gradu tensos. Mirabitur formis equinis signa etiam
inesse feruoris. Crispatis enim naribus, ac rotun-
dis, constrictis membris, auribus tremulis credet
forsitan cursus appetere, cum se metalla nouerit
non mouere. Statius :

Quod Polycletæis visum est spirare caminis.

In statu is adhibita lima, plumbum, mallei, glu-
tinum. Tertullianus in *Apologet.* Ante plumbum,
& glutinum, & gomphos, sine capite sunt Dij
vestri. Prudentius *lib. 1. in Symmachum* :

Si formam statuae lamina commisit ahenis

Lima terens.

Item :

——— *magnique triumphi*

Nuncia suffuso figunt vestigia plumbo.

Sidonius *lib. 7. epist.* de tribus plasticæ generibus:
Apellem penicillo, Phidiam cælo, Polycletum
malleo superat. Arnobius *lib. 1.* Venerabar nuper
simulacra modò ex fornacibus prompta, in incu-
dibus Deos, & ex malleis fabricatos, elephan-
torum ossa, picturas, veteriosis in arboribus tæ-
nias. Qui ab signis inertibus, atque ex vilissimo
formatis luto. *Lib. 3.* Simulacra vilissimi esse for-
mas luti. Minutius: Deus æreus, vel argenteus de
immundo vasculo, ut sæpius factum est Ægyptio-
rum Regi, conflatur, tunditur malleis, in incu-

E c 2

dibus

68 *De Pictura, & Statuaria,*

dibus figuratur. Adludit ad Amasim Herodoti, qui ex matula argentea Deum fecit, aut Dei simulacrum. Romæ fuere in priuatorum ædibus antefixa. Vitruuius *lib. 3.* Ipsarum ædium species sunt variæ, ornantque signis fictilibus, aut aureis inauratis eorum fastigia Tuscanico more. Festus: Antefixa dicuntur, quæ ex opere figulino tectis affiguntur sub stillicidio. Liuius *lib. 34.* Antefixa fictilia Deorum Romanorum. *Lib. 24.* In eade Concordiæ victoria, quæ in culmine erat fulmine icta, decussaque ad victorias, quæ inantefixæ erant. Equestres statux dicuntur turmales, Ciceroni *lib. 2. de Orator.* Turmam statuarum equestrium dixit Velleius Paterculus. Diogenes Laërtius Pythagoram Rheginum statuarium scribit primum proportionibus obseruasse, ἀνδρειαντοποιὸν ἀρετὸν δόκοντα ῥυθμὸν καὶ συμμετρίαν ἰσοχάδης. Nero statuem Deæ Syriæ aspergi vrina iussit. Iuuenalis:

Cuius ad effigiem non tantum meiero fas est.
 Arnobius *lib. 6.* negat simulacrum esse, quod non pariles lineas à principaliore traducat.

De Statuis, & Statuariis.

C A P V T X I X.

AVrea statua prima omnium nulla inanitate, & antequam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant Holosphyraton, in templo Anaitidis posita dicitur. Direpta est Antonij Parthicis rebus. Hominum primus & auream statuam, & solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi

sibi posuit, septuagesima circiter Olympiade, ait Plinius. Argenti vsum in statuas primum ad honorem Augusti transisse falsò existimant. Triumpho enim Pompeij Magni translata est Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, argentea statua, itém Mithridatis Eupatoris, & currus aurei, argenteique. Valerius Maximus *lib. 8. cap. ult.* ait Gorgiæ statuam auream ab vniuersa Græcia positam. Cicero *lib. 3. de Oratore*, inauratam fuisse ait, non auream. In auro cælando inclaruit nemo, in argento plærique, præcipuè Mentor. Proximi ab eo in admiratione Acragas, Boëthus, Mys, Calamis, & Antipater, qui satyrum in phiala grauatum somno collocasse veriùs, quàm cælasse dictus est; & circa Magni Pompeij ætatem Praxiteles, Pytheas, cuius Ulysses, & Diomedes erant in phialæ emblemate, Palladium surripientes. Hanc artem subitò exoleuisse scribit Plinius. Romæ simulacrum ex ære factum Cereri primum ex peculio Spurij Cassij. Transit à Diis ad hominum statuas. Antiqui tingebant eas bitumine, mox auro integebant. Statuariæ autem quinque genera fuere. Tomice, quæ lignum, ebúrque secant; plasticæ, quæ argillam; paradigmaticæ, quæ gypsum; colaprice, quæ marmor, & lapides; glyphicæ, cuius duo sunt genera: chymicæ, quæ merallam fundit; agogicæ, quæ scalpendo format, idque vel per anaglyphicè, cum imagines sunt retusæ, vel encolaptricè, cum cælata. Plasticè Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit, Corinthi filia opera, quæ capta amore iuuenis, illo abeunte peregre vmbra ex facie eius ad lucernam lineis circumscripsit, quibus pater eius impressa argilla typum fecit, & cum

70 *De Pictura, & Statuaria,*

cæteris fictilibus induratum igni proposuit. Sunt qui in Samo primos omnium plasticen inuenisse Rhœcum, & Theodorum tradant, multo ante Bartiadas Corintho pulsos. Dibūtadis inuentum est rubricam addere, aut ex rubrica cretam fingere, primūsq; personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quæ inter initia protypa vocauit, postea idem ectypa fecit. *Ælianus lib. 14. varia histor. cap. 37.* φιλῶ ὃ μὲν τὰ ἀγάλματα ὅσα ἡμῶν ἢ πλαστικὴ δεικνυσσι, μὲν τὰς εἰκόνας ἀρχαῖς ὀρᾶν. *Statuas, & imagines, quas plasticè fingit, non oscitanter spectare soleo.* Hominis imaginem gypso è facie ipsa primus omnium expressit, cerâque in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lysistratus Sicyonius, frater Lysippi, hic & similitudinem reddere instituit. Idem & de signis effigiem exprimere inuenit. Creuitque res in tantum, vt nulla signa, statuarve sine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem fuisse hanc scientiam, quàm fundendi æris. Plasticæ laudatissimi fuere Damophilus, & Gorgasus, ijdémque pictores. Marcus Varro tradit, sibi cognitum Romæ Posim nomine, à quo factas Romæ vuas, item pisces, ita vt non sit aspectu discernere à veris. Laudat & Pasitelen, qui plasticem matrem statuariæ, sculpturæque, & cælaturæ esse dixit: & cùm esset in omnibus his summus, nihil vnquam fecit, antequam finxit. Omnino ita statuo, Ægyptios, Græcos, Italos, cæterasque gentes in artibus procudendis præ Iudæis infantes fuisse. Negat Plinius bello Troiano pingendi artem extitisse, ostendo ante bellum Troianum in Iudæis multis annis & sculpturam, & cælaturam, & picturam, & plasticem,

plasticem, cæterâsque artes fuisse. Iosephus *lib. 3. cap. 10.* In omni picturæ, ac cælaturæ artificio Bezelelum, & Eliabum principatum tenuisse tempore Moysis ostendit. Sed disertius Moyses ipse *cap. 31. Exodi*, ἰδὲ ἀνακέκληκε ἐξ ὀνόματ' αὐτοῦ βεσελεὺλ, καὶ ἐπέπνευσεν αὐτὸν πνεῦμα θεοῦ σοφίας, καὶ συνέσιτος, καὶ ὁπισήμης. Ecce vocavi ex nomine Beseleel, & implevi eum spiritu Dei, sapientia, & scientia in omni opere ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, ære, & marmore, & gemmis, & diversitate lignorum; dedi quoque ei socium Ooliab, & in corde omnis eruditi posui sapientiam. *Cap. 32.* Aaron cum accepisset in aures aureas vxorum, & filiarum populi Israël, formavit opere fusorio, & fecit ex iis vitulum conflatilem. Vide quot sæculis ante Troiana sæcula ars fusoria æris, & auri fuerit, quæ pars est statuariæ. Immo & apud Ægyptios fuit. Effigies hominum non solebant exprimi nisi aliqua illustri causa, ob perpetuitatem merentium, primo sacrorum certaminum victoria, maximèque Olympiæ, vbi omnium, qui vicissent, statuas dicari mos erat. Eorum verò, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressas, quas iconicas vocant. Athenienses haud scio an primi omnium Harmodio, & Aristogitoni tyrannicidis publicè posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno, quo & Reges Roma pulsi. Certè Romæ iam olim viris de Republica bene meritis statux senatusconsulto decretæ. Præter cereas in atrio imagines aliæ foris erant, circa limina animorum ingentium affixis hostium spoliis; quas nec emptori refringere liceret, ait Plinius *lib. 35. cap. 2.* Seneca *epist. 65.* statuam com-

72 *De Pictura, & Statuaria,*

memorat δορυφόρον, διαδύμενον. Vlpianus ad Demosthenem in *Lepinem*: ἔδος ἦν παρ' Ἀθηναίους τὸς ἀεργάτας ἡ πόλις λαμβάνειν διαφορὰς τιμὰς ἢ χαλκῶν εἰκόνα. *Athenis moris erat, ut benemeritis de Republica acciperent varios honores, aut aream statuam.* Iustinus 2. *Apolog.* 6. σίμωνι θεῷ ἀνδρίας μεταξὺ ἧς δύο γερουσῶν ἦ πέντε. *Simoni Deo statua posita inter duos ponies Tiberis.* Symmachus *epist.* 25. *lib.* 10. Senatus impatiens dispendij sui solatium petit de honore virtutis, vestrumque nume n precatur, ut virum nostra ætate mirabilem statuarum diuturnitas tradat oculis posterorum, quia ornamentis bonorum incitatur æmulatio, & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni. Hinc factum est, ut rusticis adhuc seculis optimi quique civium manu, & arte formati in longam memoriam mitterentur. Apuleius *lib.* 3. *Miles.* At illa imaginem defuncti, quam ad habitum Dei Liberi formauerat, diuinis percolens honoribus, ipso se solatio cruciabat. Statius in *Epicedio Lucani*:

At solatia vana subministrat

Vultus qui simili notatus auro

Stratis prænitet, incubatque somno.

Eunapius in *Proeresio*, cui ἀνδριάντα χατὰσκασιμένοι χαλκῶν ἰσομέτερον, statuam facientes aream equalem.

Artemidorus *lib.* 1. *cap.* 52. χαλκεῖοι εἰκόνας ἧς ἐλδοῦσαν ἀνατίθεν, area imagines ingenuorum ponuntur.

Scipioni Africano in cella Iouis optimi Maxim. statua posita est, in curia superiori Catoni. Vide Valer. Maximum *lib.* 8. *cap.* 15. *florido* 3. Apuleius, libello misso per quem postulabat locum celebrem statuæ meæ, qui in illa sanctissima curia aderant, tā libenter decreuerunt omnes locum statuæ.

Vet.

Vet. inscriptio, impetrato loco ex decurionum ordine, statua fouens memoriam pietatis honorauit, datisque sportulis dedicauit. *l. 14. ff. de condition. & demonstrat. l. 2. ff. de loco publ.* Locus statuæ impetratur à municipibus. Soliti erant olim statuas amicorum suorum alicui Deo consecrare, vt religionem haberent. Diogenes Laërtius in *Aristot.* καὶ πῶς τὴν μὲν εἰκόνα τῇ Δήμητρει ἀναδύναται, εἰς νεμέαν. *Matris suæ imaginem Cereri dicare ad Nemeam.* Idem in Theophrasto qui mandauit imaginem Aristotelis πθεῖναι εἰς τὸ ἱερὸν, poni in templo. Vide Procopium *lib. 1. Goth.* de statua Theodorici Neapoli ex testulis & emblematis, lapillisque. *Liuius lib. 23.* Sub Hannibale Magius ad statuam Ptolemæi Regis confugit, & absolutus est. Diomedis statuæ à Dauno in mare proiectæ ad suam basim enatarunt. *Lycophr.*

ἐπὶ δὲ ἀκινήτοις ὀχμάσει πέδον
 ἃς ἔπρε ἀνδρῶν ἐν βιάς καὶ χόρῳ
 μετοχλίστας ὀλίγον. ἢ γὰρ ἀπείρων
 αὐταὶ παλιμπόροτον ἔχον βᾶσιν
 ἀνδρῶν ἀπέροις ἔχουσι δαπέδον.

Statuis immotis premet solum, quas nemo gloriabitur per vim tantillum mouere loco. Certè enim illæ sine alis redibunt in suam basim littora vestigiis pede carentibus calcantes.

κολοσσῶν δ' ἐν πύχαϊν αὐτῶν
 σταθεῖς, ἐρείσει κῶλα χερμάδων ἐπὶ
 τῷ τοιχοποιῷ δαπέδων ἀμοιβῶς
 ἢ ἐρμαπῆτιν νηὸς ἐκκαλὼν πέδον.

Statua facta ex iis lapidibus quos pro saburra Diomedes in naues è muris Troianis imposuerat. *Polybius pag. 191.* Mortui Epiphanis ponunt imaginem

74 De Pictura, & Statuaria,

ginem in loco domus maximè illustri, ξύλινα ναῖδια περιθέντες, *fana lignea circumponentes*. Imago autem est vultus ei similis figmento, & subscriptione, ἡ δὲ εἰκὼν ὅτι προσώπον καὶ τὴν πλάσιν, καὶ καὶ τὴν ὑπογραφήν. Columna rostrata Duillio posita est bello primo Punico, in cuius basi res eius gestæ. Visitur hodièque in Capitolio. S. Basilii pag. 408. στήλη τεύων πραγμάτων σύμβολον πάσης, αἰαδέσεως, ὁπλητάμια. *Columna trium rerum argumento est, statuas, consecrationis, inscriptionis*. Iam omnium municipiorum foris statuæ ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, & honores legendi æuo basibus inscribi, ne in sepulcris tantum legerentur. Mox forum, & in domibus priuatis factum, atque in atriis. Togatæ effigies antiquitus ita dicabantur. Placueret & nudæ tenentes hastam quas Achilleas vocant. Græca res est nihil velare, Romana ac militaris thoracas addere. Erant & lupercorum habitu factæ, sed nouitiæ, aliæ penulatæ. Lucius Actius poëta in Camœnarum æde maxima forma statuam sibi posuit, cùm brevis admodum fuisset. Pollio in Tiro tyranno, statuam acrolitham auratam in templo Veneris fuisse ait. Ita lego cum Salmasio non *Argolicam*. Acrolitha est lapideâ. ita Laberius columnas Monolithas dixit. Vetus Epigramma,

μη' κούσης ἀνδρῶπε τὸ χλαῖνιον, ἀλλὰ δῖον
ὅπως ἀκρολίθῳ κ' αὖτις ἔσπον ξοάνῃ.

Ne me exuas tunicula, ô homo, sed me specta ut simulacrum lapideum. In vet. inscript. leges statuas auro illustres, auro superfusas. Statuam sub auro constitui, locarique iusserunt. Statuæ interdum dicuntur cippi sepulcrales, columnæ, στήλαι. Glossæ, sta-

tua,

+

tua, ἀνδρείας στήλη, titulus, cippus. Priscianus in Periegesi columnas Herculis statuas vocat,

Statuas hac Herculis inter à Tyrīs colitur.

Calpen qua summam sustinet unam

Herculis è statuis.

Semper autem in columnis statuæ ponebantur, ad sepulcra veterum. Vopiscus in *Aureliano*, ubi & in columnis statuæ Aureliano constitutæ sunt. Trebellius in *Clandio* : Illi totius orbis iudicio in rostris posita est columna, palmata statua superfixa librarum argenti mille quingentarum. Interdum magicis deuotionibus, & sacris in scrobem factis, statuæ quædam consecrabantur, & in eo loco defodiebântur quem barbaros nolent transire. Olympiodorus ἐν ταῖς ἡμέραις κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐν τῇ ἀράκῃ ἐκάλειν ἀρχὴν τοῦ μύθου ὡς εἰρησυχίαν εἶναι. In diebus Constantij Imper. Valerio Prefide,

aut rectore rumor fuit thesaurum repertum esse. Valerius cum eò venisset discit ab indigenis, & accolis locum sacrum esse, & ἐξ ἀρχαίας τελευτῆς ἀνδριάντας ἐν αὐτῇ ἀφιερωθῆναι. Ex antiqua consecratione statuas ibi defossas. Deinde refert ea de re ad Imperat. à quo literas accepit, quibus iubebatur ea quæ indicata erant accipere. ἀνωρυχθέντος τοίνυν τοῦ δεικνύοντος τοῖς ἀνδριάντας. Cum locus apertus esset reperta sunt tres statuæ. Photius scribit eas statuas fuisse argenteas. Palladium statuam ligneam breuem fuisse volunt πεπελομένην, consecratam ad custodiam Troiæ. Memnonis statuam consecratam fuisse vult Iuuenalis scholiastes. Addo in fastigiis domorum Augustarum statuas collocari solitas vt in templorum fastigiis. Vopiscus in *Floriano*, imago Apollinis quæ ab his colebatur, ex summo fastigio in

lectulo

76 *De Pictura, & Statuaria,*

lectulo posita, sine cuiuspiam manu deprehensa est. Spartianus in *Pescennino nigro*, In qua eius in trichoro simulacrum constituit. Trichorum vocat fastigium domus triangulare. Quod autem diximus è lapillis & gemmis simulacra facta esse ostendit Poëta *lib.4. Græc.* vbi Satyrus de se dicit,

—— πῶς ἐκ λίθου ἄλλοθεν ἄλλης

συμφερτὸς ῥυόμην ἐξέπινος σάτυρο.

Vide quomodo ex varijs lapillis statim Satyrus coagmentatus sum. Apud Procopium in *Gotthico* leges Theodorici Regis sigilli quod ex gemmis fictum erat in excessu eius caput diffluxisse, ventrem, pectus & brachia in obitu Amalasunthæ filiæ eius, femora & pedes dilapsos obeunte Arhanarico. Augustus in *Larario* sigillum habuit Marcelli ex lapillis pretiosis quod sæpe exosculabatur. Apud Plinium *lib.14.* veteres vsi ligno vitis ad simulacra, quia diutissimè perennat. Vites iure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerantur. Iouis simulacrum in vrbe Populonia ex vna conspiciamus, tot ævis incorruptum, item Massiliæ pateram. Nec est vlli ligno æternior natura. Equestres statuæ Romæ frequentes, & Curules iis qui triumphauissent. Iuuenalis,

—— Stat currus abeneus, albi

*Quadrijuges in vestibulis, atque ipse feroci
Bellatore sedens curuatum hastile minatur
Eminus, & statua meditatur proelia lusa.*

Item,

Et stantes in curribus Æmilianos.

Augusto seiuges, & elephantum positi. Bigæ his, qui prætura functi per circum curru vecti essent. Columnæ positæ C. Menio, C. Duillio, & Pub. Minutio

natio Præfecto annonæ vnciaria stipe à populo collata, cum prius à Senatu is honor esset. Statuæ Romuli, & Camilli sine tunica in rostris. Tripedaneæ statuæ in foro ante eodem Castorum. Quinti Marcij Tremuli equestris togata. Pedestres Romæ fuere in auctoritate longo tempore. Clæliæ statua equestris togata. Cornelie Gracchorum matri statua sedens posita, soleis sine amento insignis. Colosseæ imagines apud Lampridium in Alexandro Seuero. Hercules ab Euandro sacratus in foro boario, qui per triumphos vestitur habitu triumphali. Usque ad deuictam Asiam lignea, aut fictilia Deorum simulacra in delubris dicata. In M. Scauri ædilitate tria millia signorum in scena fuere temporario theatro. Colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius, septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Romæ ætate Plinij centum colossi fuere, præterque hos quinque Deorum, quos fecit Bryaxis. Zenodotus Neroni fecit colossus centum & decem pedum longitudine. Conqueritur Plinius suo tempore interisse æris fundendi scientiam. Veteres signis Corinthiis adeò capiebantur, ut ea secum ferrent, Sphingem Hortensius, Nero Amazonem, Apuleius sigillum Mercurij in Apologia prima. Phidiæ Iupiter Olympius ex ebore, & auro fuit. Phidias primus artem toreuticem aperuit, Polycletus erudiit, Myron auxit, symmetriam diligentior Lysippus perfecit. Polycletus fecit Diadumenum molliter iuuenem, & Doryphorum viriliter puerum. Polygnotus argenti cælator, & pictor fuit. Vide Athenæum lib. 13. de iis, qui simulacra adamarunt usque ad *σωροισαυόν*. Tertullianus de idololatr. An plastes effingat, an cælator

78 *De Pictura, & Statuaria,*

cælator exsculpat, an Phrygio detexat, an gypso, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. Palladium ex ossibus Pelopis fuisse scribit Clemens Alexandrinus. Vide quæ nos de imaginibus Imperatorum scripsimus *lib. 2. de Imperatoribus.*

De cultu & ornatu simulacrorum.

C A P V T X X.

Ethnici quoties simulacra Deum dicarent, certos ritus obseruabant, de quibus Suidas *in verbis*, χίτρας ἱερυτέον, ὅποτε μέλλουσιν βωμὲς ἐγκαθιδρύειν, ἢ ἀγάλματα θεῶν, ἔχοντες ὅσπερ ἀπάρχοντο τῶν τῶν ἀφιδρυμένοις χαιεσίαι ἀπονέμοντες τὴν αἰσθητικὴν διαίτην. ἐστὶ δὲ ὅτι καὶ πολυτελεστέραν ἱερσίαν ἀφιδρύοντο. *Quoties vellent aras ponere, aut simulacra Dei elixantes legumina primitias dabant consecratis gratias agentes quod priorem victum legumina dedissent. Interdum sumptuosiori victima in consecrando utebantur. Simulacra autem non modò coronis, vnguento, & floribus ornabant, de quibus suprà egimus, sed vnionibus, fascioliis, sacrificiis. Vniones & in aures solere appendi simulacris ostendit Macrobius lib. 3. Saturni cap. 17. de Cleopatraz vnione agens. Ipse autem vnio cuius magnitudinis fuerit, inde colligi poterit, quòd qui superfuit postea victa regina, & capta Ægypto, Romam delatus, dissectusque est, & facta ex vna margarita duæ, impositæque simulacro Veneris, vt monstruosæ magnitudinis in templo quod Pantheum dicitur. Cùm quidam legatus*

legatus vniones duos per Alexandrum Seuerum
 vxori eius obrulisset magni ponderis, & inusitæ
 mensuræ, inauribus Veneris eos dicauit, ait Lam-
 pridius. Censores magistratum ineuntes nihil
 prius egerunt, quàm vt Deorum simulacra orna-
 rent coloribus renouatis, quia citò euanescit mi-
 nium, quo veteres simulacra pingebant. ἐξανθεῖ τὸ
 μλινὸν ὃ τὰ παλαιὰ τῶν ἀγαλμάτων ἐχρῶζον, ait Plu-
 tarchus in *Romaicis*. Simulacra autem pateris &
 vestibis aureis, argenteisque ornari solita docet
 Aristoteles lib. 2. *Politie*. ὅσα δὲ τῶν ἀγαλμάτων φιάλι
 εἶχε περὶ ταύτα, εἰπὼν, ὅτι δέχομαι, ἐξαίρετον ἐκείδεν,
 τότε ἰμάτια χρυσοῦ, καὶ τὰς στεφάνους περικύβητος τῶν ἀγαλμά-
 των. Dionysius Tyrannus simulacris quæ porrige-
 rent phialas, dicebat: Accipio, & iubebat aufer-
 re, & vestes aureas, & coronas tollebat. Phiala in
 manu simulacri, diuinitatis argumento fuit. Bar-
 bam auream cum velleret Æsculapio dixit, patre
 imberbi filium barbā promittere ferendum non
 esse. Cum Ioui vestem argenteam eriperet, dixit,
 frigidam hyeme, calidiorem æstate oneri esse. Pro-
 lemaeus cum artifices coëgisset vt simulacrum
 Dianæ facerent, post opus scrobe facta omnes de-
 fodit, vt simulacrum de cælo lapsū putaretur,
 πωλεῖν τὰς τεχνίτας ὥστε τὸ ἀρτέμιδι ἀνδριάντα
 ποιεῖν μὴ τὸ ἔργον βόθρον μίαν ὀρύξας κατέχρυσεν. τῷτο
 ὡς τὸ διωπτεῖς βρέτας. Non omnes gentes statuis
 vsæ. Athenienses lucum posuere in media vrbe
 clementiæ siue simulacro. Statius lib. 12. *Thebaid*.

Nulla autem effigies, nulli commissa metallo

Forma Deæ, mentes habitare, ac pectora gaudet.

Varro apud Augustinum lib. 4. *Ciuit. cap. 34*. Ro-
 mani centum septuaginta primis annis ritu Per-
 fico

80. *De Pictura, & Statuaria,*

sico templis, simulacris, Deorumque statuis caruerunt. Montes pro statuis dedicasse Diis ostendimus. Strabo lib. 7. *Ἐξ ὧ τοῖς γένους ὁ ἱερὸς ἀνομάζεται θεός, καὶ τὸ ὄρεος ὑπελείφθῃ ἱερὸν, καὶ προσγορεύουσιν ἔπος.* Apud Getas Sacerdos dictus Deus, & mons sacer existimatur, & ita vocant. Sed & Dacorum mons sacer. Statius lib. 1. Sylvar.

— in tardum in fœdera montem

Longo Marte domas.

Agger lapidum, aut tumulus terræ aggestæ pro simulacro fuit. Valerius Flaccus lib. 5. Argonaut.

— an Martia templa

Intemeranda minus, tacitus mihi lucus, & agger

Quod rudis, & sola colimur frigentibus umbra.

Isidis effigies brevis. Claudianus in 4. consulat. Honorij :

— sic numina Memphïs

In vulgus proferre solet, penetralibus exit

Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus infra

Liniger.

Festus delubrum esse ait fustem delibratum, hoc est, decorticatum, quem venerabantur pro Deo. Gloss. Delubrum καθάρωμα, ἱόανον, ἀνάθημα. Romæ fratres aheni, id est, Castorum statuæ æneæ; vel, ut alij volunt, Danaïdum, & Ægypti filiorum. Persius :

— nam fratres inter ahenos

Somnia, pituita qui purgatissima mittunt.

Iani statua biceps, διπλοπρωτόν, bisfrons. Septimius apud Terentianum lib. de metris.

Iane pater, Iane tuens, Diue biceps, bisformis.

Ianus Geminus à Numa Rege dicatus, digitis ira figuratis, ut trecentorum quinquaginta quinque dierum

dierum nota, per significationem anni, temporis, & xui se Deum indicaret. Berecynthius lapis pro Cybele cultus. Claudianus *lib. de rapto Proserpina:*

*Hic sedes augusta Dea, templique colendi
Religiosa silex, quam densis pinus obumbrat
Fronibus.*

Iupiter Ammon erat corniger. Silius Italicus *lib. 9.*

At patrius flexis per tempora cornibus Ammon.

Erat arietis specie. Mercurius varia forma fuit. Scholiastes Persij *ad satyr. 5.* Mercurius lucri Deus cum facello pingitur. Canino capite fingitur apud Isidor. *lib. 8. orig. cap. ult.* Dantur ei talaria, caduceus, serpentibus ad osculum coeuntibus, cum petaso. Virgilius:

— *Ac primum pedibus talaria nectit
Aurea. tum virgam capit.*

Galero tegitur, quod omne negotium sit semper absconsum, ait Fulgentius *lib. 1. Mytholog.* Mercurios alij quadratos pene fecere surrecto. Plutarchus *in precept. polit.* ἡ δὲ ἱμερὴ τὰς ἀποστυρίδας ἀχέρας, καὶ ἀποδάς ἐν ταῖς αἰνέσεσσι μωρίαις, sine manibus, sine pedibus. Macrobius *lib. 1. Saturnal. cap. 19.* Simulacra Mercurij statu quadrato, solo capite insignita, virilibus erectis. Iuuenalis *satyr. 8.*

— *truncoque simillimus Erma.*

Erant & arbores, lapidesque terminales pro simulacris, *leg. 1. & 3. ff. de termino moto.* Ovidius *lib. 2. Fastor.*

Termine, siue lapis, siue es desertus in agris

Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.

Ante simulacra aræ positæ. Prudentius *in Symmachum:* Omnibus ante pedes posita est sua cuique vetusta arula. Manus simulacrorum vulgò attingebant,

F f

82 *De Pictura, & Statuaria,*

gebant, cum salutarerent. *Lucretius lib. 1.*

— — — — — tum portas propier ahenas

Signa manus dexteras ostendunt attenuari

Sape saluantum tactu, præterque meantum.

Fasciolis cingebant. *Prudentius:*

— — — — — & lapis illic

Si stetit antiquus, quem cingere suenerat error

Fasciolis, vel gallina pulmone rogare:

Frangitur, & nullis violatur terminus extis.

Ad simulacra enim victimas cædebant, urnas osculabantur, in quibus cineres. *Prudentius:*

Deasciato supplicare stipiti,

Verris crure scripta saxa spargere,

Urnas reorum morticinas lambere.

Ponebantur & Deorum imagines cum phecasiis.

Iuuenalis: Phecasiatorum vetera ornamenta Deorum. *Pausanias pag. 241.* ἱερὰ ἀντιθέσται, lanas simulacris imponunt.

Manus simulacrorum supinæ porrigebantur. Idcò *Aristophanes in Concionantibus*

ait, simulacra extendere manus, non ut donent,

sed ut accipiant. ἵκετε ἐκτείνοντα τῶν χεῖρα ὑπὲρ αὐτῶν

ἵχ' ὥς π' δίδουντ' ἀλλ' ὅπως π' λήψεθ'. *Stant extensis*

manibus supinis. *Scholiales:* τὰ ἀγάλματα θεῶν ὑπὲρ τὰς χεῖρας ἵχουσ.

Lectuli prope simulacrum

Æsculapij assiti. *Pausanias pag. 350.* κλῖνον ἐν δεξιᾷ καὶ τῷ ἑ ἀγάλματι τοῦ Ἀσκληπίου.

Immo in puluinari simulacra collocabantur. *Apud Liuium:* Supplicatio ad omnia puluinaria.

Arnobius lib. 1. *Quirinum esse Martium dicitis, & Sacerdotibus, & puluinariis honoratis.*

Catullus:

Puluinar verò Diva geniale locatur

Ædibus in mediis.

Ægyptij, Persæ, Romani diu simulacra repudia-

runt.

runt. Lucianus de Dea Syria: τὸ παλαιὸν παρ' αἰγυπτίους
 ἀγάλματα ἦσαν, olim apud Egyptios templa erant,
 sine simulacris. Zonaras tom. 2. pag. 10. αἰθροποιεῖν ἢ
 ζωομορφὸν εἰκόνα τῷ θεῷ ἀγίστων Ῥωμαίοις ἀπέρχων. Ἔδεν
 ἔδιν ἦν παρ' αὐτοῖς ἕτε γαπλὸν, ἕτε πλεσὸν ἰδῶ. θεῷ ἐν
 ἑκάτῳ ἰσοδύνακοντα ἔτεσι, καὶ αὐτοῖς ἀντιγεγραμμένην ἔδιν
 ἑμορφὸν ἐποίησιν ἀφίδρυμα. Venerunt Romanis hu-
 mana, aut animalis forma imaginem Dei formare. Ita-
 que apud eos neque pictum, neque fictum os aliquod
 Dei fuit per centum septuaginta annos, & cum templa
 haberent, nulla fuit formata effigies. Varro apud
 S. Augustinum lib. 4. cap. 31. de Civit. scribit, Ro-
 manos annis plusquam centum septuaginta sine
 simulacro Deos coluisse. Monui suprā, moris
 fuisse, ut qui statuam alicui ponerent, eam certis
 Diis consecrarent. Ita Mithridates statuam, quam
 erigebat Platoni, Musis dedicavit, apud Laërtium.
 Gorgias Leontinus statuam sibi positurus, eam
 Apollini Delphico consecravit, apud Athenæum.
 Theocritus: χεῖρσι ἀμφότεροι καταχίμβου τῇ ἀφει-
 δίτῃ. Aurei utrique, & Veneri dedicabimur, ut statuz
 consecratæ manerent intactæ. Cicero in Verrem:
 Apud omnes Græcos hic mos est, ut honorem
 hominibus habitum in monumentis huiusmodi
 nonnulla religione Deorum consecrari arbi-
 trentur. Viris fortibus statuas positas suprā osten-
 dimus. Imago in cella Iouis Opt. Max. Africano
 posita, apud Valerium lib. 8. cap. 14. Cicero Phi-
 lippica 13. Statua Lepido in rostris cum inscri-
 ptione posita, & quidem loco, ut Plinius ait, ocu-
 latissimo. Philippica 6. Statuam inauratam Luc.
 Antonio, in qua inscriptum: Quinque & triginta
 tribus patrono populi Romani, lib. 1. Digest. tit. 2.

84 *De Pictura, & Statuaria,*

Sulpitio, cū in legatione mortuus esset, statuam populus Romanus pro rostris posuit. Cicero *pro Deiotaro*.: Ad statuam nullus est locus rostris clarior. De aurigarum, & quadrigariorum statuīs vide *lib. 5. Aniholog.* De signis asperis, & extantibus *lib. 5. Mesamorphos.* Ovidius:

— *Altis extantia signa crateris.*

Suetonius *cap. 44.* Nero exegit nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obrisum, id est, Lydio lapide probatum, argentum recens ab igne purgatissimum. Virgilius *5. Aeneid.*

— *atque aspera signis*

84. Pocula.

Persius satyr. 3.

— *quid asper*

85. Hile nummus habet.

Martialis *lib. 7. epigramm. 85.*

— *nulla venit à me*

Argentum tibi libra pustulati.

Lib. 8. epigr. 50.

Ex nimium felix pustula vincit ebur.

De metallis hoc addo, Hispanos, Bessos, Ethiopas olim auro diuites habitos. Vitruvius *lib. 4.* In quibus auri, argenti que venas Bessorum industria reperit. Cassiodorus *lib. 3.* Iolchos æs, Midas plumbum inuenere. Æacus aurum, vel, ut alij volunt, Indus Rex Scythiæ. Cæsar *lib. 3. belli Gallici.* Multis locis in Gallia ætatiæ secturæ sunt. Strabo *lib. 3.*

ἡ μεταλλὰς ἐχόντων ἀνείων ὁ Βασιλεὺς, ὃς ἀλάτωρα, loca metallis opulenta sunt aspera, & horrida, ut Aetia. Silius lib. 1.

— *Astur auarus*

Visceribus lacera, telluris mergitur imis.

Et

Lib. I. Cap. X XI. 85

Et redit infelix effosso concolor auro.

Seneca *epist.* 23. Leuium metallorum fructus in summo est. Illa opulentissima, quorum in alto latet vena assidue plenius responsura fodienti. Lucretius *lib.* 5. Aurum cognitum, quod incensa sylua fluxerit.

Flammens ardor ubi terram percoxerat igni, &c.

Manabat venis feruentibus in loca terra

Concaua, conueniens argenti riuus, & auri.

Lib. 6.

Quidve mali sit, ut exhalent aurata metalla.

Claudianus :

—— *effossis nec pallidus Astur oberrat
Montibus.*

De Statuis.

C A P V T X X I.

IS, qui de Republica benemeriti essent, statuæ positæ, & tabulæ æreæ, vnde & origo nobilitatis. Cicero 4. in *Verrem*: Aenea tabula fixa Thermis, (quod oppidum Siciliæ fuit) in curia, ut merita eius in Rempublicam proderentur. Hac in re peccatum est à Rhodiis, qui statuas priscis dicatas, priori nomine craso, aliis dicabant. Dio Chrysostomus in *Rhodiaco*: Rhodi cùm viro de Republica benemerito decreta esset statua, ei Prætor vnâ, quam voluisset, ex antiquis statuīs ostendit. *σπατηρὸς δὲ αὐτῷ φανῆναι τῆς ἀνακειμένης τῶν αὐδριάντων ἀποδείκνυσαι, &c. ἔνθα τὸ μὲν πρεσβύτερος ἔσθαι διαγραφὴς ἀνακελεύσεως, ἑτέρου δὲ ὀνόματι ἐγγεγραμμένης.* Ibi prima inscriptione sublata, alio nomine in-

Ff

3

ciso,

cifo, quod videtur absurdum: ornatus enim, & inscriptio, & stare æreum videtur aliquid magnum animis generosis. ἢ ᾧ πολλὰ, καὶ τὸ ὀπλισμα, καὶ τὸ χαλκὸν ἐστῆναι μέγα δοκαί τοῖς θηναίοις, &c. Demum subiicit: προδοῦν καὶ πυρρῶν τὰς πλάς ἀναρεῖδης, καὶ ὀπλισμῶν πνυ. ὅτερον ὡς τετρακόντες. ἢ ὅτι εἰκὼν ὀπλισμῶν, καὶ ἡ μόνον τὸ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ ἡ χαρακτῆρ αὐτοῦ λαβόντες, ὡς ἄνδρες ὅτι προσιδόντες εἶδεναι πνός ὅτι. Proditorum, & tyrannorum honores tolluntur, licet prius inscriptionem aliquam sortiti sint. Statua autem inscribitur, & nomen, characteremque eius, cui posita est, accipit, ut statim qui accedit agnoscat. Rhodi statuarum fuere ad septuaginta tria millia. L. Mummius Corintho capta Romam signis æris Corinthij repleuit. Hortensius orator Verri Sphingen operis Corinthiaci abstulit. Circumtulit Nero Princeps Amazonem. Alexandri Magni tabernaculum statuarum sustinebant. Cicero in Paradox. Auctionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleri. Telchines Rhodij primi statuas honori Deorum consecrarunt. Sunt qui Hetruscis hoc tribuant. Plotinus fictiles statuas loquutas esse prodit lib. 1. de dubiis animæ. Fuere statuarum magicis artibus devotarum, quarum imbres cicerent, ait Plotinus. Primus apud Græcos Cadmus statuas in templis consecrauit. Aristoteles primas ait Athenis positas in foro Aristoni, & Harmodio, quas à Xerxe asportatas Alexander Atheniensibus restituit, narrante Arriano. Ammianus Romæ statuas auro imbracteari conqueritur, quod Acilio Glabriori primum delatum est, Antiocho superato. Semiramis apud Bagistanum Mediæmontem in petra stadiorum septemdecim suam

suam inculpsit effigiem, quam centum viri donis colerent. Apud Diodorum Siculum *lib. 2.* Statuarij Ægyptij tantum præcelluere arte, & ingenio, ut variis lapidibus vnum simulacri corpus conficerent, conuentu partium aded congruo, & apto, ut vno loco ab eodem artifice opus perfectum esse videretur, licet ipsi diuersis locis positi essent; cuiusmodi fuit simulacrum Pythij Apollinis apud Samios, à statua dictus Statunculus. Hieronymus Staticulum neutro genere dixit, de vxore Lothagens, quam vocat Staticulum salis. Ars autem statuaria quinque generibus continetur. Tomice, & defectrix ligna, & ebur elaborat. Plastice argillam. Paradigmaticè gypsum, quoniam à typis non abscedit, ait Cœlius Rhodiginus. Colaptrice, seu sculptura lapides scalpit, artifices *λιδόχοι* vocant. Glyphice, vel sculptura metalla sculpit; quæ, si adhibetur cera, dicitur agogice, à deducendo; si metallum funditur, chemice vocatur. Anaglyphicen dicunt, quum imagines exsculptæ prominent; diagraphice, quum imprimuntur tantum. Encolaptrice laminas cælat. Toreutice vasa, fibulas, candelabra. Proplastice, si futuri operis formas ex creta plæstæ, vel argilla fingunt. Si cera sculpuntur, dicitur protypus; si ex ligno, modulus. S. Augustinus *lib. 8. de Ciuit. Dei*, scribit statuas quasdam ex certis rebus coagmentatas à dæmone statim animari; meliùs dicerentur inspirari. Nihil enim est, vnde efficacius probetur Angelos, & dæmones esse, quàm ex eo, quodd statuæ brutæ, & exanimæ loquuntur. Statuarum autem tria genera sunt: Iconicæ, pares statu ei, cui ponuntur. Augustæ maiores; Colossæ maximæ. In veteribus

inscriptionibus columna rostrata Duillio posita est bello primo Punico, in cuius basi res eius gestæ incisæ sunt, visitur in Capitolio Romæ. Sic autem habet Segestanos, socios, & cognatos populi Romani, obsidione exemit. Cicero 9. *Philippica*: Hunc honorem statuæ nemini tribuendum censuit, nisi qui ferro esset in legatione interemptus. *Pro Sextio*: Viris fortibus pro rostris ponuntur imagines. *Pro Deiotaro*: Ad statuam nullus est locus rostris clarior. Statuæ tyrannicidis sunt positæ. Plinius *lib. 34. cap. 4.* Harmodio, & Aristogitoni, quo anno Romæ Reges eiekti sunt, statuæ positæ. Philosophis item statuæ decretæ. Tertulianus *Apologet.* Philosophi statuis, & salariis remunerantur, Illis statuas diffunditis, imagines inscribitis, titulos inciditis in æternitatem, quantum de monumentis potestis. Eò pertinet illud Iuvenalis *satyr. 1.*

Et iubet archetypos plateum servare Cleanthas.

Item Principi statuæ decretæ. Plinius *lib. 10. epist.* Inconsulto Principe nefas fuit imaginem eius erigere, *l. si quando. C. de operibus publicis.* Demosthenes oratione *περὶ σωτηρίας*, conqueritur sua ætate omnibus decerni statuas æreas, quæ Miltiadi, & Themistocli negatæ sint. *ἡ χαλκῆς ἵσταται μνημείων καὶ δημοκρατία*, vinctis Persis. Decreto populi opus fuit Rhodi, & Athenis. Dio in Rhodiaco: *τὰ ψήφισματα γέγραπτο δὴ περὶ δέντα τὰ τῆς πρῆξ, καὶ δημοκρατία καὶ ἅπαντα χέρον.* Ibidem arguit Rhodios, quod ad Romanos Principes, etiam sub Nerone, mitterent plebiscitum, ut statuam, quo loco vellent, apud se ponerent. *ψήφισμα τὸ εἰκόνου, ἵνα ἐὰν βέλωντο στήσωσι παρ' ἑαυτῶν.* *Fol. 239.* Quædam statuæ fuerunt

fuere in suggestu. Dio pag. 126. Pompeij, & Syllæ
 εἰκόνες ὅπῃ τῷ βήματι ἐστῶσας ἀνείλον. Horatio Coclitii
 statua in Volcanali posita, quia pontem defen-
 derat. Olympiæ variæ statuæ fuere. Plato in *Pha-
 dro*: Ad donarium Cypselidarum in Olympia
 malleo ductus, solidusque statō. ὅθεν τὸ κυψελίδων
 ἀνάθημα, σφυρίλα. ἐν Ὀλυμπίᾳ σάδνη. Plinius lib.
 34. cap. 4. Olympiæ omnium, qui vicissent, statuas
 poni mos fuit; qui ter ibi vicissent, iconicas ha-
 bebant, è membris eorum expressas imagines.
 Quadrigariis, & agitatoribus armatæ decretæ
 sunt. Lib. 5. *Antholog. de Porphyrio*: Debebas arma
 ferre, non istas vestes vt agitator, & belli dux.

ὥφελος ὅπλα φέρειν, ἢ φάρσα ταῦτα κομίζειν,
 ὡς ἐλατὴρ τελέδων, καὶ πολέμων πρῶμαχ.

Dabantur à factionibus hæ statuæ.

τῶν τε καὶ καὶ ξείνον προσηβήιον εὐραὸ μὲν
 εἰκόνα χαλκεῖν δῆμῳ ἐν ἀμφοτέρω.

*Quare populi honorem inuenisti solus, imaginem aream
 in utroque populo.* Cura statuarum omnium penes
 Comitum Romanum erat. Iis, qui iniuria cæsi,
 statuæ datæ. Plinius lib. 34. cap. 5. Tertullianus
Apologes. Imaginem Socratis auream in templo
 Athenienses collocarunt. Probus in *Miltiade*: Cui
 victis Persis datus honor, vt in porticu ποικίλῃ cum
 pugna Marathonica depingeretur, vt in decem
 Prætorum numero prima eius poneretur imago,
 isque hortaretur milites, præliumque commit-
 teret. Idem populus Demetrio Phalereo trecentas
 statuas posuit. Athenienses victoria parta Hermas
 in foro statuebant. Æschynes in *Ctesiphonte*: πῶς
 ὅπῃ στυμῶνι ποταμῷ ἐνίκων μαχόμενοι μῆδεις, ἔτοι δεῦρο
 ἀφικόμενοι τῷ δήμῳ ἡττῶσαν δωρεὰν, καὶ ἔδωκαν αὐτοῖς ὁ

90 *De Pictura, & Statuaria,*

δὴ μὲν πρῶτος μέγας ὡς τότε ἰδέσθαι, τοῖς λίθοις ἱμαῖς
 ᾗσιν ἐν τῇ σοφίᾳ τῇ ἱερῇ, ἐφ' ᾧ τε μὴ ἀπαρχαίειν
 ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ ᾗσιν σπαργῶν, ἀλλὰ τῷ δῆμῳ
 δοκεῖ εἶναι τὸ ἀπαρχαίειν. ἀπαρχαίειν γὰρ ἐστὶ τὸ πρῶτον
 τῷ ἱερῷ, ἢν ἄρα καὶ κείνοι τελευτῶντες. *Ermae erant lapides*
quadrati Mercurio sacri solo vultu, inscriptio erat in basi;
qua data benemeritis, ut iis, qui ad Strymonem fluvium
vicerant Medos. Athenienses dederunt tres ermas in
porticu ermarum ea lege, ne nomen suum inscriberent, sed
populi, inscriptum primo Herma, erant illi fortes. De-
mosthenes in Lepidem Athenis: πρῶτος πολλὰ ἀγαθὰ
εἰργασμένοι ἀγαπητῶς ἀπαρχαίειν ἐν τοῖς ἱμαῖς
ἐπύχων, cum ἀτέλειαν, aut σέφανον non accepissent.
Vbi Scholiastes: ξύλα ἢ λίθοι τετραγώνοι ἔχοντες ὄψιν
ἱμῶν ἐπάνω, καὶ τῷ ἐν τῷ πλάτῃ τὰ ἀπαρχαίματα.
In loco illustri ponebantur. Lampridius in Ale-
xandro, Statuas summorum virorum in foro Tra-
iani collocavit undique translatas. Pag. 989. Sta-
tuas colossicas, vel equestres nudas, vel pedestres.
D. Imperatoribus in foro Nervæ, quod transito-
rium dicitur, cum titulis, & columnis æreis, quæ
gestorum ordinem indicarent. Trebellius: Illi po-
pulus Romanus sumptu suo, quod nulli antea, in
Capitolio statuam auream decem pedum collo-
cavit. Liuius lib. 8. Camillo & Menio Consulibus
equestres statuar: rara illa ætate res. Eutropius
lib. 2. Anno urbis 380. Consulibus statuar, victis
Latinis, posite sunt. Plutarchus in Tito Flaminio
ait, eius ad circum imaginem cum inscriptione
Græca, εἰκόνα χαμῖσσαν ἑλληνικαῖς ἀπαρχαίμασι. Le-
gatur Eutropius lib. 7. Varia autem fuere statua-
rum genera: Equestres, quæ turmales dicuntur.
lib. 2. de Oratore. Patetculus, turmam statuarum
eque

equestrum. Plinius *lib. 34. cap. 4.* Equestres statuz à Græcis ortæ, sed illi Celestas tantum dicabant in sacris certaminibus victores. Romæ currus iis positi, qui triumphassent. Augustus seiuges, & elephantos consequutus est. Qui prætura functi curru vecti essent per circum, illis bigæ positæ. *Cap. 6. ibid.* Equestres foeminis datæ, ut Clæliæ. Cicero 3. *Philippica* : Pedestrem statuam æream, non inauratam equestrem Sulpicio decernendam. In foro omnium municipiorum olim togatæ effigies. Plinius legendus *lib. 34. cap. 4. & 5.* Romuli, & Camilli statuz sine tunica visuntur : veteres enim minimè tunicati. Olim Romæ tripedaneæ fuerunt pedestres. Prorome imago regia, ad umbilicum usque corporis forma fuit. *περομὴ εἰκὼν βασιλική ἵως τὸ ὀμφάλῳ τὸ σῶμα* & *εἶδῳ*, ait Hesychius. Macrinus duas statuas equestres, pedestres duas habitu militari, sedentes civili habitu, duas Caracallæ posuit, ait Capitolinus. Domitianus nullam sibi nisi auream, & argenteam statuam in Capitolio poni passus est. Eutropius *lib. 7.* Quadrigæ, & curules statuz. Senecæ *epist. 65.* *ἀδρυφόρος* & *σταδόμενος*. Erant & pacificæ statuz. Quintilianus *lib. 11. cap. 3. Instit.* Sit & ille habitus, qui esse in statu pacificator solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure protenso, manum infesto pollice extendit. *Lib. 2. cap. 13.* In statu, & picturis recti corporis vel minima gratia est; nempe enim aduersa sit facies, & demissa brachia, & iuncti pedes, & à summis ad ima rigens opus, flexus ille, & motus dat actum quemdam, cursum habet quemdam, & impetum. Statuz muliebres stolatæ Cariatides. Vitruvius *lib. 1. cap. 1.* Statuz omnes

92 *De Pictura, & Statuaria,*

omnes erant cum titulo. Polybius pag. 139. διεφθέ-
ρατο ἀνδριάντας πλὴν ὅσοι θεῶν ἑπὶ χαρὰς, ἢ τύπῳ εἶχον.
*Euerit statuas, nisi quæ Deorum formas, & inscrip-
tionem haberent.* Vetus Gloss. Titulus, ἑήλη. Dio pag.
147. ἐπὶ χαρμῶν τῇ εἰκόνι. Cicero 13. *Philippica*. Sta-
tua in rostris Lepido cum inscriptione præclara.
Lampridius in *Alexandro* pag. 989. In foro Neruæ
statuas Imperator posuit cum titulis, & columnis
æreis, quæ gestorum ordinem aperirent. Misi-
theum Senatus quadriregis, & titulo honestauit.
Mistheo parenti Principum populi Romani, tu-
tori Reipublicæ, S. P. Q. R. De simulacris Deo-
rum, & hominum imaginibus alio loco plura
diximus. Vide quæ scripsimus libro 2. de Impe-
ratoribus Romanis, de imaginibus Imperatorum.

De Titulis.

C A P V T XXII.

Titulus dicitur inscriptio, ἐπιγραφὴ, ἐπιγραμ-
μα εἰκόνι, ἑήλη, ut iam ostendimus. Elogium. Ci-
cero in *Pison*. Elogium incisum in Reipubl. busto.
vet. Gloss. Elogium διάταγμα. Hieronymus tom. 3.
pag. 245. 246. Adhuc viuus titulum, & memoriam
nomini suo erexit. Hesychius πῖτλη, πυχόν, ἐπι-
γραμμα εἶχον. Incidebantur in basi statuarum. Iuue-
nalis 8.

Quid possum titulis incidere præter honores.

Index Tibullo lib. ad *Messalam*, dicitur :

*Nec quæras quid quaque index sub imagine dicat,
At tua non titulus capiet sub imagine facta.*

Iuvena

Iuuenalis 10.

— tituli^{que} cupido

Hauri saxis cinerum custodibus.

Si manum, hastam, phialam abstuleris, manet, ait Dio in Rhodiaco honor. Si autem titulum, tollitur testimonium, & honor. Occiditis eum qui ex imagine vnicum verbum eraserit, qui tollit titulum, totum decretum tollit, quo ille honorem consequutus est. χερὸς μὲ ἀφαρεῖσθαι, ἢ δόρατ' ἢ φιάλης, ἢ πηλὴν ῥυτίδα. ἢ δὲ ἐπιγραφῆς ἀνακεφαλῆς ἀνῆρηται δὴ πᾶν ἢ μαρτυρία, καὶ τὸ δοκεῖν ἄξιον ἐπαίνου γεγονέναι ἢ ἀνδρῶν. εἰς πρὸς ἐν μόνον ἐκχυράζει ῥῆμα ἀπὸ σήλης τινος, κτενεῖτε αὐτὸν. τὴν ἐπιγραφὴν ἀναρῶν ὅλον ἐξαλείφει τὸ ψήφισμα καὶ ὁ τὴν πηλὴν ἐκείνην ἔλαβε. Aristid. in Apolog. καὶ ἐπὶ μὲ ἐπ' εἰκόνων αὐτοῖς ἐπὶ ὅντα ἐπιγράμματα ἐξεκόλαπτεν, ἢ μετεποίη βλάβημα ζωγράφου ἀπὸ ἀσκημάτων, Si pictor titulos imaginum quae decreta sunt viris fortibus deleat, aut pro faustis acclamationibus infastas appingeret multaretur, pag. 408. Inscriptiones vocant, lemmata, titulos. Plinius Panegy. nunc ingentes arcus, excessurosque templorum fastigia titulos. Ovidius ad Liniam.

Stabis & in rostris tituli speciosus honore.

Cicero pro Cluentio, ad Iuturnæ statuas inauratas posuit. quibus subscripsit Reges à se in gratiam reductos. Tertullian. lib. 1. in Marcionem, huic Deo quem titulum incidemus. Vocatur & lemma, quasi comprehensionem dicas. Ausonius Idyllio: Mihi præter lemma nihil placet in hoc poemate. Martialis lib. 14. eleg. 2.

Lemmata si quæras cur sint ascripta docebo,

Ut si malueris lemmata sola legas.

Iuuenalis 6.

titulo

94 *De Pictura, & Statuaria,*

— titulo res digna sepulcri.

Demosthenes in *Androction*. καλὰ καὶ ζηλωτὰ ὀπ-
 ρήματα τὴ πόλει ἀνελόντες ὡς ἀστέρι καὶ θεῶν ἀντεπι-
 μέγαλον.

De Simulacris.

C A P V T X X I I I.

Simulacra propriè in æternitatis commendatio-
 nem, ac diuinitatis reperta sunt. Seneca *lib. 3.*
de Ira. Mario vicatim populus statuas posuerat,
 eique ture, & vino supplicabat. Tacitus *lib. 4.* Coli
 per theatra, & fora effigies Seiani, interque prin-
 cipia legionum sineret. Suetonius Iulio *cap. 85.*
 Solidam columnam lapidis Numidici in foro sta-
 tuit Iulio, apud quam sacrificare, vota suscipere,
 controuersias quasdam interposito per Cæsarem
 iurciurando distrahare. Iustinus *Apolog. 2.* Simo-
 nem Samaritam è pago quodam qui sub Claudio
 Imper. Magicas virtutes fecerat, Romæque Deus
 vocatus erat, & status ut Deus à vobis honoratus
 erat, quæ posita est inter duos pontes Tiberis,
 cum hoc titulo Latino, *Simoni Deo sancto*. σίμωνι
 μὲν πινε σιμαρία τὴ ἀπὸ κόμης λεγόμενη, &c. ὅς ἐπὶ
 κλαυδίῃ καίσαρ διωόμενος ποιήσας μαχητής. ἐν τῇ πόλει
 ὑμῶν βασιλίδι ῥώρῃ θεὸς ὀνομάσθῃ, καὶ ἀνδείαντι παρ'
 ὑμῶν ὡς θεὸς τιμήσθῃ, ὁ ἀνδρίας ἀνεγίγερθ' ἐν τῷ περὶ
 ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γφυρῶν ἔχον ὀπρηστικὸν ῥωμαϊκὸν
 πᾶσι, σίμωνι δὲ σάβκτω. Statuæ Imperatorum ut
 Deorum simulacra cultæ, cautumque ne in gen-
 tilitiis funeribus efferrentur, quod à morte liberi
 essent.

Lib. I. Cap. XXIII. 95

essent. Dio pag. 225. ἀπὸ τῶν μνημείων εἰκόνα καὶ στήθεος
 αὐτοῦ ἐστὶν ἐν τῇ σφαιρῇ αὐτοῦ ἐκφορᾶς πέμψαντες,
 ὅπως ἐν τῇ πόλει ἀρχαίαι καὶ τότε ἐπὶ ἐχέμετο. Dio pag.
 410. de Augusto, καὶ ὅπως μάλιστα εἰκὼν αὐτοῦ ἐν ἐκφορᾷ
 πρὸ τοῦ μνημείου, ne imago eius in pompa funeris
 ferretur. Statuæ igitur viris bene meritis dari so-
 litæ. Cassiodorus lib. 8. epist. 2. Amore Principum
 constat inuentum ut simulacris æneis fides serua-
 retur imaginis quatenus venturæ progenies au-
 ctorem videret, qui sibi Rempubl. multis benefi-
 ciis obligasset. Symmachus lib. 10. epist. 25. Quia
 ornamentis honorum incitatur imitatio, & virtus
 æmula alitur exemplo honoris alienis. Hinc fa-
 ctum est ut rusticis adhuc sæculis optimi ciuium
 manu & arte formati in longam memoriam mitterentur.
 Sidonius lib. 5. epist. 5. Statuas literæ de-
 derant, si trabes non dedissent. Tertull. lib. de Ani-
 ma, cap. 33. Ob merita vitæ imagines, statuæ, & ti-
 tuli rependuntur. Plinius lib. 1. epist. 17. Ab Impe-
 ratore nostro impetrauit ut sibi liceret in foro L.
 Syllani statuam ponere. Senatus petebat ab Imper.
 Claudian. de bello Getico Prefat.

Annuis hic Princeps titulum poscente Senatu.

Apule. 3. florido, omnes qui in illa sanctissima cu-
 ria aderant tam libenter decreuerunt locum sta-
 tuæ. Tacitus *Annali* 4, illustris statuæ honorem
 & quicquid pro triumpho datur, multo verborum
 honore cumulato decerni iubet. Olim testator iu-
 bebat hæredem statuas ponere lib. 14. ff. de condit.
 & demonstr. Titius si statuas in municipio posuerit
 hæres esto. Sed oportuit locum dari à municipi-
 bus. V. inscriptio, Cl. Claudiani V. C. Cl. Claudia-
 no V. C. Tribuno & Notario inter ceteras ingen-
 tes

96 *De Pictura, & Statuaria,*

tes artes prægloriosissimo Poëtarum licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant, ad eum testimonij gratia ob iudicij sui fidem D.D.N.N. Arcadius & Honorius felicissimi ac doctissimi Imper. Senatu petente statuam in foro D. Traiani erigi, collocarique iusserunt. Erant & statuæ à priuatis erectæ amicis in porticibus. Sidon. *carm.* 8.

Ulpia quod rutilat porticus ære meo.

In Bibliothecis, Arnobius *lib. 1. bibliothecarum*, Reponitis in arcanis, quadrigis, & statuis muneramini exules & fugitiuos. Sidonius *carm.* 9.

Et carus popularitate princeps

Traiano statuam foro locauit.

Claudian. *in Prasat. belli Getici,*

Et magis intento studium censore laborat

Quod legimur mediis, conspiciamurq; foro.

In pedestribus statuis manus exertæ ut imperium significetur, quia una manus clypeum prætendebat, altera imperantis specie extendebatur. Corippus *lib. 2.*

Circumfusa chlamys, rutilo quæ ornata metallo

Principis exerta vincebat lumina dextra.

Tacitus *Annal.* 3. Quum Marcelli effigiem D. Augusto Iulia dicaret. Quia statuæ hominibus sub Deorū nomine dicatæ. Manus exerta fuit silētium indicentis, aut pacem facientis. Statius *lib. 1. Syl.* 1.

Dextra vetat pugnas.

Spartianus in Iuliano, manu eos semper placare cuperet. Sueton. *lib. 2. cap. 53.* Vultu, manūque indecoras adulationes repressit. In statuis equestribus Romaniis ad latera inserti enses cingulis gestabantur. Statius *lib. 1. Syl.* 1.

It

*It tergo demissa chlamys, latius ense quieto
Securum.*

Ammianus Marcell. lib. 19. eas statuas armatas vocat. Diximus suprâ statuas quibusdam positas ex auro & argento. Sueton. lib. 2. cap. 52. Augustus argenteas statuas sibi olim positas conflauit. Artemidor. lib. 2. cap. 44. ἀγάλματα χρυσῷ πεποιημένα, ἢ ἀργύρῳ, ἢ χαλκῷ, ἐλεφαντίνῳ, ἢ λίθῳ, ἢ ἑλεγκτῷ, ἢ ἑβένῳ. Statius lib. 3. Syl. 1.

Da Capitolinis aeternum sedibus aurum

Quo niteant sacri centeno pondere vultus,

Cæsaris, & propria signet culticis amorem.

Domitianus statuas sibi in Capitolio non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi. Paulus Diaconus lib. 10. Pictor fictorque ex ære & marmore, proximè Polycletus & Euphranor. Plinius lib. 4. epist. 7. Illum coloribus, illum cera, illum ære, illum argento, illum auro, ebore, marmore effingit. Æra statuarum non erant solida, sed caua. Seneca lib. 4. Nat. quas. c. 29. Quod æs vnus statuae nec solidum quidem, sed concuum ac tenue diruptum est. Statuae interdum ære collato à populo ponebantur. Sueton. lib. 2. cap. 59. Statua Antonio Musæ ære collato posita. V. inscript. S. Eniæ Cn. filia Babillæ sacerdoti Diuæ Faustinae decuriones ære collato ob merita eius. posuerunt. Interdum statuae ob scelera damnatis detractæ. l. 17. C. Theodos. de pœnis. de Eutropio, omnes statuas, omnia simulacra tam ex ære, quàm ex marmore, seu ex fucis, quàm ex quacunque materia quæ apta est effingendis, ab omnibus ciuitatibus, oppidis, locis priuatis ac publicis præcipimus aboleri. Vide Sueton. in Domitiano. Honor autem statuarum non

G g

temere

98 *De Pictura, & Statuaria,*

temere decretus. Paterculus pag. 70. Augustum iu-
venem Senatui honoravit equestri statua, quæ
hodieque in rostris posita ætatem eius scriptura
indicat. Qui honor non alij per 300. annos quàm
Syllæ, Pompeio, & Cæsari contigerat. Ante Im-
peratorum statuas nudari nefas fuit. Zonaras in
Domitiano ex Dione, καὶ ὅτι ἐναγὼν εἰκόνθ' αὐτῷ
ἐπέδυσσάτο ἐφ' οὗ δ' ἔκ. Iuvenalis,

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.

Nefarium visum, & sacrilegum quod Nero sta-
tuam Deæ Syriæ lotio aspergi iussit. Philostratus
lib. 1. *Apollonij*. Condemnatus quidam est, quod
feruum suum verberasset qui drachmam argen-
team Tiberij imagine signatam gereret. Comple-
bantur templa pessimis servitiorum, obæratīs ad-
versus creditores, suspectosque capitalium crimi-
num ob imagines Principum, ait Tacitus lib. 3.
Luius lib. 23. Magius ad statuam Ptolemæi Regis
confugit sub Hannibale. Periculo exemptus est.
Tacitus lib. 3. Dabatur deterrimo cuique licentia
impune pròbra & invidiam in bonos excitandi,
arrepta imagine Cæsaris. Apud Capitolinum An-
toninus Pius concessit, ut vxoris imago mortuæ
cunctis Circensibus poneretur. Xiphilinus in *Mar-
co Antonino*, καὶ εἰς τὸ δῆαδον χυσιλὴν εἰκόνα τὴν φανερῆς
δὴ δ' ὄφρ' αἰεὶ εἰσπείρεται καὶ ἐν τῇ θεωρίᾳ ἐξ ἧς ζῶσα
ἐδῆατο πένετα. pag. 225. pag. 295. καὶ χυσιλὴν εἰκόνα περ-
πινάκῃ ἐφ' ἧς ἄρματ' ἐλεφάντων εἰς τὴν ἵπποδρομον εἰσα-
γὰς, καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ἐκίλδοι δῆατρα, θρόνους τε τῆς
καταχύσεως αὐτῶν εἰσχομίζετα. Severus A. auream ima-
ginem Pertinacis in curru. Elephantum in circum &
theatra inferri iussit, & ei tres sellas auratas deferri.
Dio coronatas ait statuas pag. 159. imagines cum
coronis

coronis solitis Iulio posuerunt. εἰκόνας μὲν στεφάνων
 καὶ ὅτι τοιούτοις νενομισμένων ἰδρύναντο πρὸς ἑαυτοῖς. Ma-
 iestatis quidam postulat, quod effigiem Principi-
 pis promiscuum ad vsum vertisset. Tacitus lib. 14.
 Imagines Octaviae humeris gestant, spargunt flo-
 ribus, foroque ac templis statuunt. Appianus in
 Ibericis. καὶ νῦν ἔτι πρὸς εἰκόνα πρὸς σκιπώνου ἐν ταῖς
 πομπαῖς μόνον προσέφρουσεν ἐκ τῆς καπιτωλίου, καὶ ὅς ἄλλων
 ἐξ ἀγορᾶς φέροντο. πολλάκις γὰρ ἐς τὸ καπιτωλίον εἰσὶν
 μένοντες, καὶ τὰς θύρας ἐπέκλειεν ὥστε τι εἶδός τινος
 δάνων. Et adhuc in pompis imaginem Scipionis solius
 ferunt ex Capitolio, aliorum è foro. quia saepe solus inibat
 in Capitolium, & fores clauderat, quasi aliquid à Ioue
 doceretur. Valer. lib. 3. cap. 7. Chlamydata, & crepi-
 data statua Scipionis in Capitolio. Plinius lib. de
 viris illustribus. Imago Catonis maioris funeris
 gratia è curia produci solet. Seneca de breuit. vita.
 Ni per Scipionem mora sit cum Ioue reponetur.
 Valerius lib. 4. cap. 14. Imagines Aristogitonis &
 Harmodij Rhodum appulas Rhodij cum
 in hospitium publicè inuitassent, in
 sacris etiam puluinariis
 collocarunt,



DE PICTURA, ET STATVARIA, LIBER SECVNDVS.

De origine Plastices, & Pictura.

C A P V T I.



PLASTICEN antiquissimam esse ex eo apparet, quod Eusebius in *Chronico*, & S. Epiphanius, Seruchum filium Ragau è tribu Iaphet, primum omnium viros forres statuis ornasse volunt. Ipsum Tara patrem Abrahæ ἀγαματοποιόν, & statuarium fuisse aiunt, & ἀνδριαντοπλασίαν ἀπὸ πηλὸς, statuariam à figlina ortam asserunt. Sed omnino tenendum, plasticen, statuariam, sculpturam, cælaturam, picturam à Deo traditas plenè hominibus, cùm arca fœderis exstrueretur, cap. 31. *Exodi*. Primi plastæ, & statuarij, Beseleel, & Ooliab. In Italia vetus ars fuit, quum Hercules ab Euandro in foro sacratus sit, apud Plinium. Philostratus in *Helladia*, seu *proœmio Iconum*: πῶς ζωγραφίαν θεῶν εὐρημα εἶναι φησι, τὰ ἐν γῇ εἶδη ὅπου τῆς λειμῶνας αἱ ὥραι χράφουσιν. Quicumque picturam, inquit, non amplectitur, non modò veritatem, sed & eam, quæ ad Poëtas pertinet, iniuria sapien

sapientiam afficit, quia vndeque fertur ad species, & præclara Heroum facinora. Deorum certè inuentum est, tum ob species, quibus in terra horæ prata pingunt, tum vel maximè ob ea, quæ in cælo apparent. Perscrutanti autem ipsius artis ortum imitatio vtique est vetustissimum inuentum, Naturæque cognatum. Ipsam autem sapientes viri repperunt, picturam, & plasticen appellantes. Et plasticæ quidem multæ sunt species. Nam & fingere, ex luto, gypso, vel cera, & quæ in ære fit imitatio; & Lygdinem, Pariúmve lapidem, atque ebur polire, & sculptura plasticæ est. Lygdinem vocat Alabastrum. At pictura coloribus quidem constat, sed non hoc solum efficit. Plasticen Philostratus his verbis diuidit in quatuor genera, vt in primo ex luto, in altero ex metallis imagines fiant, in tertio alabastrum, marmor, ebur expoliantur. Denique adscribuntur sculptura, & pictura. In lib. 2. de vita Apollonij, cap. 10. ἡ γραφή τὰ χρώματα συσπείρνουσιν ὅποσα εἰσὶν. τὰ κυανὰ τοῖς βαρβαχίοις. Picturæ ars colores miscet. inter se omnes, cæruleum viridi, album nigro, rubicundum pallido, idque imitationis causa, vt per eos canis, aut equi, aut hominis imaginem exprimant, aut aliud quiduis eorum, quæ sub Sole sunt. Quinetiam Solis ipsius aliquando similitudinem referunt. Pictura igitur quædam imitatio est, nihil aliud. Nisi enim hoc efficiat, ridicula quædam res videbitur, colores temere disponens. Idem postea ostendit μιμητικὴν ἐν φύσει τοῖς ἀνθρώποις ἦεν, τὴν γραφικὴν δ' ἐν τέχνῃς. Imitandi facultatem hominibus à natura aduenire, pingendi peritiā ab arte proficisci. Pictura non ex coloribus dumtaxat, quia vnus tantum

color veteribus illis fuit, inde paulatim pluribus
 vñ, quinetiam lineamentis quibusdam absque
 ullo colore sæpe pingunt, quam picturam ex um-
 bra dumtaxat, luminibúque constare dicendum
 est, ὃ δὴ οὐκ ἄν τε ξύκει, καὶ φωτός. In ipsa enim rei
 similitudo cernitur, etiam forma, mens, pudor, &
 audacia, quamvis coloribus tales affectus carcant.
 Neque verò sanguinem, neque comarum, aut pu-
 bescentis lanuginis florem non exprimit. ἀλλὰ μο-
 νοχρὸς ζωτικὸν μὲν τὸ τε ζῶντι ἀνθρώπῳ ἵσκει, καὶ τὸ
 ἀδύκῳ. *Sed quamvis simpliciter, & uno modo composita*
flavi hominis, aut albi similitudinem representant.

Quinimò si Indum ex his quemdam albis line-
 amentis designauerimus, tamen quasi nigrum aspi-
 cientibus se offert, quia nares simæ, erecti capil-
 lorum cirri, genarum eminentia, labra tumentia,
 καὶ σελήνη γένους, & stuporis imago quædam oculis
 circumfusa, nigro fuscant ea, quæ ab oculis alba
 conspiciuntur, atque illum, qui pictus est, Indum
 esse testantur. Quare non iniuria dixerim eos, qui
 picturam aliquam aspiciunt, μιμητικῆς facultate
 imitandi, quam à Natura accepimus, indigere.
 Nemo enim rectè laudabit equum pictum, nisi
 qui animal mente intueatur, cuius similitudinem
 pictura expressit. Neque verò Timomachi Aiace
 furentem rectè contemplari quisquam potest, nisi
 illum mente conspiciat, interfectis apud Troiam
 armentis, mœstum sedere, ac de propria morte co-
 gitare. Plasticè propriè de arte, qua figuli ex ar-
 gilla, & luto figilla fingunt, exaudienda est. Gallicè
Imagerie; Icones, Tableaux de platte peinture;
Statuæ æneæ, statues de fonte, de quibus Plinius lib.
34. de statu is figlinis lib. 35. de simulacris marmo-
 reis

reis *lib.* 36. Sigilla fiebant è gypso, luto, argilla. Philostratus *cap.* 1. Iconum monet Aristodemum Carium de nobilibus statuariis, ac pictoribus, deque Regibus harum artium studiosis egisse. ὅσοι κράτιστα τὴν ὀπισθήμην, καὶ ὅσοι πόλεις, καὶ ὅσοι βασιλεῖς ἔρωτι ἐς αὐτὸν ἐχέουσιντο ἀεισομένη τῷ ἐν κρείας εἶρηται. Apud Plinium *lib.* 36. *cap.* 5. Praxiteles quinque scripsit volumina nobilium operum in toto orbe. Natus hic in Græca Italiæ ora, & ciuitate Romana donatus, Iouem fecit eburneum. Fulgentius Placiades *lib.* 3. *Mytholog.* commemorat Anaximenem quemdam, qui de picturis antiquis scripserit. Erant pictores eruditi, & disertissimi.

De Pictura, qua vulgò utimur.

C A P V T I I.

ANte omnia sciendum est, aliud esse leui manu sine coloribus adumbrare creta, siue rubrica, carbone, terra sanguinea, vel galena, seu μολυβδαίνα, quam Plinius *lib.* 34. *cap.* 18. venam plumbi, & argenti communem esse ait; aliud, coloribus adhibitis pingere. Delineatio illa sine coloribus fit in charta, tela, aut ligno non colorato. Gallicè dicitur, *Pourtraire*, *griffonner*. Pictoris stylus, seu cretacea graphis, est frustum oblongum rubricæ, aut terræ sanguineæ, aut carbo oblongus, aut plumbea graphis, seu designatrix galena pictoris, vulgò dicitur, *crayon*, *charbon*, *crayon de mine de plomb de mer*, *marquant de gris*. Opus graphide adumbratum, rubrica, aut plumbo de-

G g 4 signata

104 *De Pictura, & Statuaria,*

signata pictura. Rudis, & informis designatio totius operis, carbone, plumbo, vel rubrica impolite designatum opus, *premiere ordonnance de l'ouvrage total, sans figure de membres.* Primus enim tantum animi conceptus delineatur, oculi, digiti, alia membra graphicè, & disertè non exprimuntur. Mox etiam carbone oculi, digiti, nares adumbrantur; quia quod carbone expressum est, facile deletur, aut reformatur. Quæ dicitur totius, ac partium expressior facta carbone, aut rubrica figuratio, seu expolita graphide operis designatio, quum principibus, ac palmariis ductibus informis figurationis carbo fuerit inductus, & obliterated. Tandem expressæ figurationi membrorum rubrica umbras adijciunt, & graphidem expolitione absoluunt. Gallicè rem ita interpretor: *Retirer, ou pourfiler, est faire seulement le maître trait de la chose pourtraite; ce qui se fait avec le crayon, & ne se perd quand on efface les autres traits, alors on l'appelle dessein, & ordonnance.* Est igitur prima designatio futuræ picturæ, quæ in breue colligi potest, si acu, aut veruculo pungatur, ut supra telam impressam, aut fundum applicetur. Tunc autem dicitur puncta, vulgò *Poncis*. Pingimus autem, cum colores adhibemus, postquam rudi Minerua carbone, rubrica, vel galena, sine coloribus adumbraverimus. Quidam penna delineant, & designant. Quod non usquequaque facile est, quia laterculum, aut rhombum, id est, rectum, aut obliquum quadrangulum tenuissimis lineis cancellatim secari oportet, quæ se intersecant, ut umbra fiat figuris, quæ delineantur. In rudi illa designatione, quæ carbone fit, aut creta, utimur cretacea graphide,

graphide, stylo rubricato, vel frusto oblongo rubricæ, carbone, plumbo, plumario è plumis auium, regula, amussi, vulgò *plumart*, *porte-crayon*, *regle*, *esquierre*, *compas*. Circino rotundamus, metimur, figuras ad amussim exigimus. In pictura, quæ fit coloribus, utimur penicillo, qui fit ex setis porci, vel ex pilis asini. Propriè peniculus, & penicillus caudam significat, aliàs fit ex cauda suis, aut gruis, aut ex gossipio, seu xylo. Interdum penicillus angustior est, & longior, sed incidit, & dicitur vulgò *tranchet*, nonnunquam latior est ad leniendas, & molliendas umbras, vulgò dicitur *brousses*, fit ex muris Armenij pilis, aut ex setis porci. Item legula legendis coloribus, qui probè triti sunt, & culullus Samius, seu guttus testaceus, ut colores triti vel in aqua, vel in oleo nucum protropo collocentur. Colores ex oleo collocantur in pugillari axiculo pictorio, cum manus interea, ut firmetur, bacillo innitatur. Legula vulgò dicitur *l'amassette*, cululli Samij, seu testacei vocantur *godets*, ou *gondets*, axiculus pictorius, *la palette*. Colores autem à pictoribus variè miscentur, terunturque in abaco, seu forma saxeæ ex lapide porphyretico firmissimo, unde terendo nihil deterratur. Habent item coticulam pigmentarij tritus, quæ vulgò dicitur *moulette*. Miscentur autem colores cum oleo nucum prodromo limpidissimo ad diuturnitatem, ut ab iniuria pulueris, aëris, & humoris facti sint. Interdum pro oleo aliquid aquæ admiscetur, ut melius colores in abaco pigmentariæ trituræ terantur, & in vnum quasi corpus transeant. Vulgò dicitur *peindre en desframpe*. Sæpe colores teruntur cum glutino, quod factum est

106 *De Pictura, & Statuaria,*

ex corio, aut pergamena pelle, seu membrana, adhibetur gummi, quo aliquid luminis coloribus accedat. Miscentur simul tres, aut quatuor colores, è quibus vnus aliquis suauissimus efflorescit. Diluta sandaraca, vulgò *vernix*, fit è liquida iuniperi lacryma, seu gummi, dat nitorem, & gratiam tabulis pictis ex oleo. Aquarij subactus picturæ nihil sublimitur, *on peint en destrampe sans coucher aucune premiere couleur*. Ad olearij subactus picturam linteum prius temperatur, & expolitur glutino, iconque diagraphicis lineis exaratur, linteum ad oleariam picturam albo prius maceratur bis, terve, deterfúmque olearij pigmenti secundo, aut tertio illitu imbuitur, quam vocant *impressionem*. Qui parietem recens gypso inductum, seu albarium opus pingunt, dicuntur *peindre à frais*. Habent in charta diagraphica operis lineamenta, quæ recenti gypso admouent, & acu, vel veruculo gypsum compungunt, vocatur *poncif*, tum eidem gypso colores inducunt, qui altè imbibuntur, vt nonnisi gypso collabente exuri possint. Interdum paries recens gypsatus penicillo coloratur, tum veruculo compungitur in varias imagines, vt colores intus subeant. Colores autem, qui adhibentur, non sunt vulgares, & artificiosi, sed è terra varij coloris. Album fit è calce, nigrum è carbone trito, rubrum è terra sanguinea. Itaque colores non euanescent, nisi cæmentum destruat. Penicilli, quibus vtuntur, sunt oblongi, vt abundè colores contineant, & crebrò fiunt è pilis asini. Coloribus oleum, glutinum, gummi non adhibentur, sed aqua dumtaxat. Interdum vitrea specularia pinguntur, & diagraphici operis compuncta charta ex archetypo

typo traducitur. Encausto verò pingunt, qui ferro candenti ceram, vitrum, ebur, metallum inurunt. *Pour faire des graignemens à frais, on met du noir dans le mortier, & ayant plâtré on fait ce qu'on veut sur le plâtre avec la poincte du fer.* Vt recens albarium compungatur, cæmentum, aut gypſus carbone perfunditur, & paries vbi gypſo recenti inductus eſt, ferro variè delineatur, ac compungitur. Vt pingas ex oleo, tela, aut tabula priùs bellè imprimatur, & præparetur, deinde colores cum oleo nucis protropo triti tabellæ, vel telæ, rubrica, plumbo, carbone delineatæ admoueantur, aliâque fiant eminentiora, alia reductiora, quædam attollantur, adumbrentur, rotundentur, molliantur. Minium, chryſocolla ſublinatur, quia quo crebriùs tabellam ſubleueris, ſplendidiorem, diuturniorémque feceris. Picturam igitur umbræ opacant, mox picturæ umbris aduerſum lumen obtrendunt, tum idoneam concurrentium colorem armogen picturæ adhibent, & apto nexu extrema variorum colorum inter ſe committunt. Gallicè, *ils placent les rehauts, & ombrages en leur lieu. Rehaut eſt le lieu où on donne le iour, & qui eſt le plus clair. Ombrage eſt la couleur plus obſcure. Arrondiffement eſt cet ombrage qu'on fait aux colomnes.* Lumen fit ex coloribus claris, & floridis, admiſſo die. Umbra ex obſcuris, quæ in columnis rotundatio vocatur. Tunc opus dicitur inchoatum, *ebauché* Gallicè, quod ſinunt ſenſim exſiccari, vt deinde iterum nouos colores floridiores, vegetioréſque inducant, quibus veſtium natina elegancia exprimitur, vulgò vocant *draperies*, *ce linge eſt bien drapé, les plis bien eſtendus, ces draperies ſont bien faiçtes.* In aquario ſubactu glutino

108 *De Pictura, & Statuaria,*

glutino vtuntur, quod fit ex corio, aut membrana pergamena, vt colores imbuantur. Pictura aquaria vno illitu perficitur, nec vt pictura ex oleo inchoatur, vt pòst perficiatur. In aquario subactu colores sunt rudiores, densiores, minus triti, quàm in oleario. Lumen datur, cùm in membrana pictura in breue colligitur, & colores adhibentur purissimi, clarissimi, simplicissimi, bellè triti. Eminentia, quæ vocantur exaltationes, *rebauts*, fiunt ex auro, & argento molito, seu trito. Colores imbuuntur gummi. Per opticam quæ longè abscedunt, propè accedere videntur, vt pascant oculos, & in breue colliguntur. Quæ vulgò dicuntur *grotesques*, *Arabesques*, sunt pictoris cogitationibus suis indulgentis exerrationes, qui penicillo ad flores, coronas, ferta, satyros, aues, animantiâ, infantes adumbrandos, vt cum animi fert impetus, abutitur; ludit in vagis suis, & errantibus allucinationibus, & in iis manus requiescit. Nostra ætate pictores florere, qui Apelli, & Protogeni palmam præriperent: Michaël Angelus Bonarota in delineatione, quæ fit rubrica sine coloribus. Raphaël Vrbinus in coloribus suauiter admouendis. Parmesanus inuentione omnes superabat. Tabula illa numeris omnibus absoluta est, in qua figurarum inuentionio felix est. Adumbratio sine coloribus, & delineatio rubrica, vel galena suauiter arridet; proportio, & optica, omnesque aspectus bellè seruantur. Coloribus nihil deest, omnia læta, & dulcia occurrunt, vestes natia specie expressæ, non per umbram, & recessum, sed in clarissimo lumine positæ. In aquario illitu picturam primùm exsiccare oportet, cui deinde penicillus è gossipio colores

lores siccos adhibeat. Alij igitur lineis describunt, ductibus figurant, carbone pingunt, calamo effingunt, penicillo, & coloribus exprimunt, adumbrant, delineant, designatam creta speciem colorant. Primum quidem rudibus lineamentis picturæ umbram quamdam informant, mox confusam iconis speciem diagraphicis lineis distinguunt, aut iconico opere vultum exprimunt, & viui, spirantisque hominis speciem effingunt. Equuleus pictorius, cantherius pigmentarius vocatur, quo tela pingenda sustentatur. Fundum, & tabellas impressas vulgò vocant. Vt possis inaurare, aurum in puluino seca, & discinde acie cultri, tum coloribus impressis imposito.

De Coloribus.

C A P V T I I I.

Colores superioris æui posuimus, his & nostri æui colores adiiciamus. Pictores hodie decem habent palmarios colores. Primus est, album plumbeum quod in fodinis plumbi reperitur. Secundus, cæruleum Ægyptium, *azur fin outre marin*. Cæruleum Nestorianum, *azur le plus fin*. Cæruleum Puteolanum. Tertius, purpureus, coccineus, Venetus, *laque de Venise*. Quartus, minium Hispanicum, *vermeillon d'Espagne*. Minium minerale, diluitur ad colores, liquatur ad pigmentum. Aliud minium est factitium quod è sandice, & purpurisso conflatum est. Quintus, cinereus cineraceus. Sextus, niger è carbone. Septimus, flauus,

110 *De Pictura, & Statuaria,*

uus, aureus, syncerus, *le massicot, fin iaune*. Octauus, viridis color, prasinus, glaucus hilaris, prasinum lætius, viride terrestre, smaragdinum. Nonus, sanguis draconis. Decimus, roseus, rosaceus, *rosette*. Colores alij austeri, alij floridi. Austeri bolus Armenius vulgaris, rubrica, seu creta rubra, parætonium, milinum, massicot, omnibus aliis austerius est, cerusa vsta, arsenicum rubrum, minium, terra ad umbras, vitriolum: floridi verò minium Hispanicum, viride terrestre, sanguis draconis, Indicum, rosaceum. Cerussa fit ex aceto & plumbo. Ex ebore vsto fit nigrum quo vsus Apelles. Ebur vstum aceto maceratum si arserit in radio solis non deletur. Ex terra umbræ pictores umbras inducunt. Ochra alia flaua est, alia dilutior, & subnigra. Cerussa optima Asiatica dicitur purpurea. Sandaracha, & ochra in topaso rubri maris nascuntur, apud Plin. *lib. 35. cap. 6.* Dioscorides *lib. 5. c. 122.* Color eius ad Cinnabarim accedit. *σανδαράχην κατακορή, πύρρον εὐδραυσον, δολιαντόν τε ἔχ, καθαράν, ἔχ, κιννιβρίζουσαν πλὴν χροάν.* Scyriticum fit è sinopide, & sandice mistis. Armenium, lapis chrysocollæ modo infectus est, optimum est quod maximè viret, communicato colore cum cæruleo. Viride Appianum chrysocollam luteam imitatur. Anulare candidum est, quo muliebres picturæ illuminantur. Dioscoridi *μίλθου σινωπικὴ κραπίστη, πυκνὴ καὶ βαφεῖα.* Rubrica sciopica optima, densa, grauis, optima & Ægyptia, & Carthaginensis. *ἄλιθου ευπεγνῆς* lapide caret, friabilis. Præter umbram est aliud quiddam ex utroque conflatum, qui dicitur tonus colores separans. Armoge est commissura colorum. Tela quæ coloribus exprimi debet, in
tabulato

tabulato extenditur. Patibulum Græcis dicitur *Ocribas*, specie crucis in quo ex argilla simulacra Deorum, aut hominum ad exemplum effinguntur. Apud Pollucem *lib. 7. cap. 2.* Hi sunt colores, ἀνδρεί-
 κελον, purpurissum; ὄσρεον, purpureus color; πρᾶσινον, vi-
 ridis; κροκοειδές, croceus; κυανόν, caeruleus; κιννάβαρι, cinnabari; ξανθόν, fulvus; φαιόν, fuscus; φλογόλακον,
 subflammeus; λακκόλαιον, subfuscus; λεκόν, albus; μέ-
 λαν, niger; μελαμεινός, denigratus; ἀντιστοι φαεινῶν, illuminare. Colores χρώματα φάρμακα, ἀντι. Partes
 artis ὑπερπύκνως, effictio; ὑπερβαφή, depictio; σκιά, um-
 bra; σκιαβαφή, adumbratio. Penicillus γραφίς, ὑπο-
 γραφίς· κερὸν πήξας, macerare; μίξας, miscere; χρώ-
 ματα κεράσαι, colores temperare. Vide. Optimi penicilli
 pictorij hodie fiunt è pilis tenuissimis crinacei,
 vel muris Armenij ad colores ex oleo tritos adhi-
 bendos, sed ad aquarij subactus picturam peni-
 cilli optimi fiunt, è nefrendis, seu porculi setis te-
 nerrimis quibus cauda vestita est. Catagrapha in
 picturis dicuntur obliquæ imagines ex vno tan-
 tum latere se ostendentes. Plinius *lib. 35. cap. 8.*
 Catullus *epigr. 22.* Catagraphos Thynos comme-
 morat. Calices Allasontes versicolores vitrei fue-
 re. Vopiscus in *Aureliano*. Calices tibi allasontes
 versicolores transmisi, quia vitrum vario colore
 pingebatur; nec enim alia materia sequacior, aut
 picturæ accommodatior. Strabo *lib. 16.* scribit se
 audiuisse à vitri opificibus esse in Ægypto quan-
 dam terram ad vitra opportunam, sine qua vitrei
 calices non pinguntur. & Romæ multa reperiun-
 tur ad colores & facilitatem pingendi vitri, κατὰ-
 περ ἐπὶ τῷ χρυσαλλοφανῶν.

De

De Pictura vitri.

CAPVT IV.

Vitrum in Syria inuentum esse docet Plinius *lib. 36. cap. 26.* quum naus nitro referta, & ad littus maris in arena exposita repentino incendio arenas in vitrum mutasset. Vitra autem iam olim pingi solita esse docet Martialis *lib. 14.*

Non sumus audacis plebeia toreumata vitri,

Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

Sed Plinium audiamus *lib. 36. cap. 26.* Fama est, appulsa naue mercatorum nitri, quum sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri è naue subdidisse, quibus accensis permixta arena littoris, tralucen-tes nobilis liquoris fluxisse riuds. Ex vitro liquato massæ fiunt, ex massis rursus funditur in officinis, tingiturque. Et aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur. Fit & tincturæ genere obsidianum (ex obsidio nigerimo lapide) ad escaria vasa, & totum rubens vitrum, atque non translucens, Gæmatinon appellatum. Fit album, & murrhinum, aut hyacinthos, sapphirósque imitatum, & omnibus aliis coloribus. Nec est alia nunc materia sequacior, aut etiam picturæ accommodatior. Maximus tamen honos in candido tráslucente, quam proxima crystalli similitudine. Obsidiani lapidis fit mentio in Pandectis Florentinis, & apud Arrianū. Martialis:

Nullum sollicitant hac, Flacce, toreumata furem,

Nec nimium calidis hac vitiantur aquis.

Lib.

Lib. II. epigramm. 9.

Tolle, puer, calices, tepidiq^{ue} torquumata Nili.

Lib. 14.

Adspicis ingenium Nili, quibus addere plura

Dum cupit, ah quoties perdidit auctor opus.

Veteres igitur vitrum pinxere, & hodie vitrum vulgò pingunt, & sanguine draconis, aut aliis coloribus penicillo delineant, tum in fornacem per quindecim, aut viginti dies vitrum ita pictum conijciunt, donec colores penitus imbibantur, sæpe cum iactura opificum, nunquam sine periculo iacturæ, quia opus nimio igne perit, modico non imbibit colores. Consule super ea re vitri opifices. Virgilius vitreum colorem vocat hyali colorem, lib. 4. *Georgic.*

—— *Hyali saturo fucata colore.*

Alexander Aphrodisæus, ὥστε δι' υἷου ἐμφαίνει τοὺς χρώμας, ut per vitrum floridos colores ostendit.

De Smalto, seu encausto.

C A P V T V.

A Nastasius Bibliothecarius Smaltum vocat, quod veteres encaustum dixerunt, pigmentum metallicum, encaustum metallicum, vulgò *Email*, liquati, coloratque metalli pigmentum. De smalto Latinis verbis ea tibi reddam, quæ Gallicis Viginerus vir doctus ad Philostrati Icones exposuit. Encaustæ vocantur *Emaillieurs*, qui liquatis metallis colores inurunt. Qui encaustum auro agglutinant, & metallicum pigmentum auro

H h inurunt,

114 *De Pictura, & Statuaria,*

inurunt, aut liquenti, coloratōque metallo aurum inducunt, dicuntur *parfondre*, ou *parfonder l'email*, *le faire fondre*, & *attacher sur l'or dans le fourneau*. Encausto cælatum opus, encaustico emblemate descriptum opus, encaustici operis crustam vocamus *besongne emailée*, *emailure*. Encausticum igitur opus fit è vitro, & metallis, quæ inter se Naturæ sponte mirificè consentiunt. Vitrum, quod ad encausticum opus adhibetur, non è filice, aut fago, aut tribulo paludum, vulgò dicitur *Salicor*, fieri debet, sed è petra, seu lapide, vt vitrum illustre, splendidum, & crySTALLINUM fiat, vnde encaustum efficiatur metallis inurendum, cineres è filice, aut tribulo, è quibus fit vitrum, (vulgò vocatur *la fonde*) dissoluunt in aqua calida, & segmentis panni candidi adhibitis, aquam puram, & claram in vas suppositum transmittunt, vulgò dicunt *filtrer*. Quidquid sordium est in cineribus, subsidit in priori vase, nec per pannum transmittitur. Sed aqua tantum purissima, & limpidissima, quæ modico igne in salem candidum concrescit, quum humidum aqueum exhalarit, vulgò vocant *sél Alkali*, qui arenæ, aut lapidi, seu saxo purgato admixtus, & minio perfusus in fornacem vitri mittitur. Minium illud aut minerale est, seu metallicum, aut factitium è plumbo vsto, vulgò vocant *du plomb calciné*. Calx illa rubra plumbi fit igne vehementi, & clauso, ne in aëre exhalet, *πῦρ ἀντηνίας*, aut ignis reuerberatus, & in clauso vagus, ac errans vocari potest. Vitri artifices vas quoddam è terra candida pingui, cum ossibus arietum tritis, & aliis medicamentis capacissimum, & amplissimum fingunt, quod nullo igni quamlibet

quamlibet violento corrumpi, aut dissolui possit. Vas illud in fornacem mittunt, & in media collocant, cineribus vitro faciendo aptis plenum, qui vi ignis liquefiunt, mox ferreas virgas in vas illud ardens immittunt, quibus materia illa pinguis, & liquida adhærescit, è qua vitra fiunt. Sal igitur ille Alkali minio perfusus in capedine terrea sex totos dies flammis ardenti perseverat; primo, & altero die materia illa miniata flavescit; tertio, & quarto virescit; duobus aliis albescit, & aëris colorem induit, ac crystallina efficitur, è qua fiunt adulterinæ gemmæ, & encaustum, seu smaltum. Crystallina illa materia, vt cogatur, & concreascit, calcem metallicam è plumbo, & stanno Cornubiensi purissimo in fornace reuerberante conflaram adhiberi necesse est, vt stannum encausto, seu smalto afferat soliditatem, & corpus, ne sit pellucidum. Sine plumbo nullum metallum in vitrum transire potest. Quum igitur materiam illam crystallinam, & calcem plumbi, ac stanni, vtramque tenuissimo pulveri similem inter se miscueris, & quasi patulum panem, aut subactam massam ex iis effeceris, foramen in medio fodies, vt exhalet inutilis humor, & per se sensim exsiccare patieris, tum massam illam exsiccatam in fornacem vitreariam mittes, eousque dum liquari incipiat, mox è fornace extrahes, & refrigerescere materiam fines; tandem in vase terreo, quod igni non soluatur, liquefcere subiecto igne fines, spumam pinguem supernatantem cochlearibus ferreis extrahes, donec vigintiquatuor horis materia feruens purgatissima, & limpidissima fiat. Hoc tibi erit smaltum album, quod quocumque colore

116 *De Pictura, & Statuaria,*

imbui poterit. Si smaltum illud cum crystallo in puluerem contriueris, & in fornace vitrearia liquefeceris, & metallicam cautem, seu petram subterraneam metallicam, vulgò dicitur *saphre*, adieceris, existet nigrum splendidum. Si addideris argentum vstum cum sulphure, cæruleum Turquinum effeceris; si æs in laminas tenues secueris, & per quinque dies vsseris, & in smaltum illud inieceris, efficies virens. Æs ter vstum tingitur smargadino pellucido. Cæsiū, glaucum, violaceum, cinereum, fiunt è smalto illo, cui metallicam petram vario modo temperatam admiscueris. Si nitrum, seu salem petræ indideris, colorem margaritarum exprefferis. Smaltum rubrum clarum principatum inter alia obtinet. Flauum bracteolatum argento addito effeceris, vulgò *jaune pailé*, luteum paleatum, item luteum aureum, luteum mali Punici. Sed luteum citrinum fit è ferrugine anchorarum, quas vis maris arrosit, aut ex croco ferri, quem ex aceto stillaueris. Smaltum eo firmitus, lætius, & integrius est, quo diutius ignes patitur. Rubrum effeceris, si æs in calcem reductum vi ignis, vitro, seu smalto candido inieceris vnà cum ramentis ferri, & auripigmento. Plus vitri inieceris, roseum splendidiorē effeceris, vulgò dicitur *incarnat*, est murex dilutus, vel ostrum dilutius. Plus plumbi indideris (caue stannum admisceas) minus erit splendoris. Rubrum clarum efficies, si plumbum, & argentum viuum auro infuderis, item spiritum æris, & sulphur æris incombustibile. Æris illius tinctura vsque adeò satūra est, & eminens, vt colorem auri natium augeat, & exaggeret; sed color ille exaggeratus igne

igne vehementi deletur. Exaggeratio illa coloris in auro fit per spiritum volatilem æris, quod cum auro sensim in capeduncula terrea excoquitur, vulgò dicitur *creuset*, caliculus metalli fusor. Vt igitur colorem auri exaggeres, aliquid argenti viui cum auro, & spiritu æris miscebis, quia viuum argentum prohibet, ne tincturæ, & colores exurantur, & ignis vim moratur id temporis, quo tinctura, & color in aurum intimè subit. Aurum ita tinctum quasi folium pyropis subiicitur: aurum enim, quod fuluo tingitur, corpore æris adhibito, semper nigricans, liuidum, & marcidum est, quia substantia æris, quæ per se nigricat, nigris maculis liberari non potest, siue radas, siue coquas, siue gummi, & sandaracha laues. At aurum, quod tingitur spiritu æris, est veterum orichalcum, & electrum, vnde pocula fiunt, quæ venenum, si quod iniectum fuerit, indicant, & produnt. Hoc item aurum spiritu æris exaggeratum, vi solius plumbi, non alterius metalli, in vitrum conuertitur, vnde fit smaltum, seu encaustum rubrum clarum. Immo aurum vi plumbi fit volatile, aut in oleum mutatur, quod vitrum aureum vocatur, quo S. Ioannes in Apocalypsi pauimentum cælestis Hierusalem, quasi tesseleris vitreis stratum esse testatur. Hebræi vocant *Hamal*, vnde vox Gallica *email*, & Italica *smalto*. S. Hieronymus aurum illud vitreum vult esse electrum Ezechielis. Non ita pridem argentum asperum, & syncerum cum ære, & plumbo excoquebant, & concorporabant, vt rubrum clarum existeret, quam *Nelluram* vulgò vocarunt, quum in grana argentum liquefactum, & in aquam iniectum concideret. Smaltum auro, ar-

H h 3 gento,

118 *De Pictura, & Statuaria,*

gento, æri non aliis metallis inducitur, & inuritur. Item vitro, & testis fictilibus. Immò nuper reperta ars inurendi smalto marmora, & durissimos lapides, ita ut igne non violentur. Ut metalla, & ex metallis colores inuras, smaltum in minutissimum pulverem in mortario ferreo durissimo tere pistillo ferreo, cum modica aqua: melius enim in mortario res succedet, quàm si in porphyretico lapide tereres. Colores, qui ex metallis inuruntur, hi sunt, niger, violaceus, viridis, ferrugineus, seu castaneus, vulgò *tané*, cinereus, cæruleus, seu glaucus, ruber clarus, luteus ex auro; qui omnes colores pellucidi sunt, & splendidi, cum albus, & cæsius Turquinus sint opaci. Cum triueris hos metallicos colores in mortario cum modica aqua, effunde quidquid est aquæ, & pulverem illum tenuissimum in patella vitrea reposito, cui tantum affunde aquæ fortis, quam è nitro, & vitriolo subiecto igne stillatitiam efficiunt, ut pulveribus innatet, eosque tegat. Et toties pulveres illos aqua forti imbutos, aqua fontis limpida lauato, donec ea nihil sordium trahat, sed nitida, clarâque exeat. Aqua fortis pingue metallicum purgat, aqua fontis limpida, si quid terræ admixtum erat, abluit, & tollit. Smaltum tritum in aqua limpida facilè integrum seruatur, extra aquam sordes concipit. Pulveres isti legula ærea colliguntur, vulgò vocant *palette de cwyure*, & operi humilioris formæ (vulgò *ouvrage de basse taille*) magna cura, & diligenti opera inducuntur, ut alij ab aliis segregentur, ne fortè pulverum, ac colorum confusio, & perturbatio fiat. Cum probè collocati fuerint, chartam vulgarem aqua madefacito, & inter manus aquam expri

exprimito, vt charta fit loco ſpongiæ, quæ humido exuſto ſmaltum exſiccet, quod ſiccum lætius, & hilarius eſt, quàm madidum. Illa puluerum collocatio dicitur vulgò prima pellis. *Cette couche ſe nomme la premiere peau.* Deinde ſmaltum laminæ ferreæ impositum paulatim in fornacem intruditur, vbi exardeſcit, donec liqueſcere, & moueri incipiat: tum enim è fornace debet educi, vt refrigeſcat, mox adduntur ſecunda & tertia puluerum collocatio, & opus fornaci, & igni vehementi permittitur, donec ſmaltum planè coloribus inuſtum ſit. Tum è fornace opus educitum expolitur lapide idoneo, & abſoluitur Samio lapide, quem vulgò *Tripoly* vocant. Id temporis opus inter manus expolire dicunt, *polir à la main.* Vt encauſto eminentia cuiuſuiſ figuræ, vel opus tu- mens, ac in vmbonem plus minus elatum inuratur, acinòs pyri aqua limpida madidos ſumes, illiſque ſmaltum irrigabis, quod viſcoſum factum, & quaſi glutine illitum facilè operi adhærebit, aliter non adhæreſceret vmboni, & exſtantibus ſignis, aut prominenti figuræ; cùm tamen nullo negotio ſmaltum fundo vaſorum, & operum humilioris formæ adhæreſcat, vulgò dicitur *ouvrage en boſſe, ou demy-boſſe, ou plein relief.* Aliud eſt, quod vulgò dicitur *le creux de la baſſe taille.* Rubrum clarum non adhæreſcit niſi auro. Rubrum opacum in argento, & ære probè collocari poteſt. Cætera encauſta, ſeu ſmalta auro, argento, & æri inhærere poſſunt. Tunc dicuntur auro adglutinari, metallicum pigmentum auro inuri, liquenti, coloratòque metallo aurum pingi, deſcribi, diſtingui, encauſtum auro illini, obduci. Vulgò dicitur *glacer*

120 *De Pictura, & Statuaria,*

la besongne, quia smaltum est quasi glacies candida, aut colorata. Vbi encausto metallum inustum est, opus est absolutum. In pluribus encaustis, seu smaltis admiscetur vitriolum, minium, vel humus plumbeæ venæ, vulgò *mine de plomb*, *sel Alkali*, de quo suprà egimus. Crocus Martis, seu ferri, nitrum, natiua, vel factitia ærugo rasilis, *verd de gris*. Magnesia, vel manganesia, seu *pierigot*, & rupes metallica, quæ sub agris arentibus, & macilentis nasci solet, vulgò *saphre*. Hæc nos è Vignerò viro docto mutuati sumus, & quæ ille Gallico sermone explicuit, Latinæ consuetudini reddidimus, & infrà plæraque alia reddemus.

De Encausto, seu Smalto.

C A P V T VI.

Quidam negant smaltum illud quo vulgo utimur, veteribus horum fuisse. Fugit eos ratio. Philostratus enim *lib. 1. Iconum. ἐν σωθήραις*, ita loquitur. *δείκνυσι μὲν τῶν μερακίῳ νεανίαι καλοὶ, καὶ καλὰ ὅππῃ δίδοντες, &c. φέρουσιν ὃ αὐτοὺς ἵπποι φέρουσιν ὃ εἰς ἄλλῃ, ἄλλῃ, ἰσχυροὺς, καὶ ξανθοὺς, καὶ μέλας καὶ φοινίξ, ἀργυροχάλινος καὶ σικτοὶ, καὶ χρυσοὶ τὰ φάλαρα. ταῦτα φασὶ τὰ χρώματα τὰς ἐν ὠκεανῷ βαρβάρους εἶχεν τῶν χαλκῶ διαπύρω, τὰ δὲ σωίσταδς, καὶ λιθόδς, καὶ σώζειν αὐτὰ ἐν ἡμέρῃ.* Adolescentis latera cingunt iuvenes pulcri, honesti studiosi, quos equi ferunt inter se omnino dissimiles, alius albus, niger alius, aut flauus, & phœniceus, frænis argenteis, aureis, ac vario colore distinctis habenis. Aiunt enim barbaros in Oceano habitantes istos colores æri infundere

fundere ignito, qui coëant & lapidescant, & quæ picta sunt seruent. Non abludit à Philostrato Plinius *lib. 34. c. 17.* Plumbum, inquit, album incoquitur æris operibus Galliarum inuento, ita ut vix discerni queat ab argento, eaque incoctiliâ vocant. Deinde & argentum incoquere simili modo cœpere, equorum maximè ornamentis, iumentorumque iugis. Omnis ratio encausti, seu smalti pendet à metallis, & vitro quæ inter se mirificè conueniunt, quia Solis efficientia conquiescit in auro, artis vis in vitro. Sol vnit homogenea, segregat eterogenea, & caduca, ex qua vi aurum consurgit, quo nullum corpus sub cælo perfectius ignis noster semper separat eterogenea donec vitrum efficiat. Lignum, pannum, flores, herbas, carnes, quiduis denique vrito, & in cineres redigito, cineres deinde in catillum obrusæ (*en la compelle*) cum plumbo iniicito, argentum repperis, ex quo extrahes aurum in aqua nitri, & vitrioli, quæ dicitur, *eau de depart, eau forte*. Itaque aurum iure dixeris foetum Solis, vitrum ignis *ἐπιθύνημα*; quod utrumque ignis vim patitur inuiolatum. Materia vitri est tribulus littoralis, vulgo *salicor, sonde*, cui ne vi ignis euolet tantillum arenæ admiscetur, aliquid enim in vitro est volatile, aliquid fixum, ut & in auro. Vide Plinium *lib. 5. c. 19. lib. 36. c. 26.* Suprà de smalto pluribus egi, de auro vitreo Ioannes cap. 21. ἡ πόλις χρυσίον καθαρόν, ὁμοία ὑαλῷ καθαρῷ· ἢ ἡ πατρία τῆ πόλεως χρυσίον καθαρόν, ὡς ὕαλος διαφανής. *Iob 28.* Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum. Nellura quæ vulgò dicitur hoc modo fit, sume tibi vnciam vnam argenti, duas æris purgatissimi, tres plumbi. Liquato argentum, &

H h 5 as

122 *De Pictura, & Statuaria,*

æs in eodem vase vt contendantur, tum plumbum addito, & carbone moueto, vt plumbum spuma liberetur, & tria illa metalla in vnum corpus transeant. Vas terreum pugni magnitudine sulphure viuo semiplenum quod in puluerem triueris habeto, & in id metalla illa mixta, fusâque iniicito, & os vasis obturato argilla, & linteolo, & omnia commoueto, manibus vsus donec refrigeret, vt omnia in vnam massam transeant. Vase fracto massam illam funde, & liqua in calice aurariæ fusuræ iniecto borace, & fusionem iterato, donec massa fracta tibi placeat. Hæc est nellura quæ auro & argento tantum adhibetur, quam è verbis Gallicis Vigineri Latinam tibi dedi.

De Plastica, Sculptura & Statuaria.

C A P V T VII.

Plastice quæ in statuis aut sculpturis versatur, in duo membra tribuitur. Aliud enim est quod eminet in opere æreo, lapideo, ligneo, quodque exstat supra planam superficiem, vulgo vocatur *bossé*, eminentia, anaglyphi exstantes partes. Anaglyphum, anaglyptum, *ouurage en bossé*, aliud dicitur cautum quod opponitur eminenti, & anaglypho. Vulgo *ouurage en bossé*, *ou relief*, l'autre, *ouurage creux*. Anaglyphi, seu eminentis duo sunt genera, aliud plenum anaglyphum, *le plein relief*, quoties imago vel simulacrum numeris omnibus absolutum est, vndequaque rotundatum, ex se aptum, non aliunde, cuiusmodi statuarum omnes, aut capita veterum

veterum quæ Romæ visuntur, item vasa Corin-
 thiaca. Romæ Adonis, & Meleager Francisci Nor-
 chæ, Apollo Tusculanus à Belueder, Lapcoon Va-
 ticanus, cum duobus filiis ex solido marmore, &
 monolitho, Cleopatra, Hercules Echionis Athe-
 nienensis in atrio palatij Farnesiani, Hercules Capi-
 tolinus ex ære, Marcus Aurelius equo insidens,
 Venetiis quadrigæ in propylæo Diui Marci. Alte-
 rum genus anaglyphi vulgo dicitur, *demi-bosse, ou*
basse taille, semiplenum anaglyphum prout magis,
 minúsve sculptura eminet supra superficiem pla-
 nam cui insidet, cuiusmodi sunt duæ columnæ
 Romæ Traiani & Antonini Pij anaglyphici ope-
 ris, variis figuris exsculptæ, & anaglypha trium-
 phalium arcuum, & monumentorum varij. operis
 anaglyptici marmora, nummi aurei, argentei, ærei.
 Quod ad cauum seu profundum sculpturæ attri-
 net, *le creux, ou les graueures*, aliæ altius aliis excul-
 pantur, & inciduntur, cuiusmodi Onychas, Aga-
 thas, Calcedonios, Æmathystas, Iaspidas multos
 exsculptos, & incisos videas. Onyches, Sardony-
 ches, vulgo *cornalines*, quia firmiores, & æquiores
 sunt aliis, & æquius inciduntur sine vllo fragmi-
 ne, aut tumore à sculptoribus libentius vsurpan-
 tur. Nudiustertius Romæ visus est adamas stem-
 mate Lusitanæ insculptus, cuius indicatura fuit
 sex millium coronatorum. alius insignibus Hispa-
 niæ sculptus, qui triginta millibus aureorum
 æstimaretur. Adamas autem non inciditur nisi à
 seipso. Materia vero plastices, & sculpturæ, posita
 est in auro, argento, ære, ebene, ebore, ligno, mar-
 more, lapide, argilla, luto figulino, cera mixta pice,
 calce, gypso, cerusa. Statuæ primæ testaceæ fuere
 è terra

124 *De Pictura, & Statuaria,*

è terra figlina. Primus plastes apud Plinium fuit Dibutades *lib. 35. cap. 12.* Statuæ primum Diis positæ, deinde viris fortibus re bene gesta, Olympionicis Harmodio, & Aristogitoni æreæ. Quare Antiphon orator rogatus, quod æs ad statuas esset optimum à Dionysio tyranno, respondit æs illud è quo statuæ Harmodio, & Aristogitoni positæ essent, optimum fuisse. ideo Antiphon iussu Dionysij est interemptus. Deinde quisque arbitrato suo sibi imaginem posuit, qui honor vsque adeò euiluit, ut Agesilaus, & Cato statuæ honorem repudiarent. Morem autem ponendæ imaginis antiquissimum esse discis ex Eusebij *lib. 3. de preparat. Euang.* Vbi Moysen vetuisse ait, ne imagines adorandæ proponerentur. Vnde sequitur ante Moysen imagines fuisse quæ adorarentur. Plinius ipse *lib. 34. cap. 7.* prodit Euandri ætate longè ante Romanam cõditam in foro Boario simulacrum Herculis positum in cultu fuisse. Numa Iani signum in eodem foro posuit, quod tamen Plutarchus in vita Numæ mendacij arguit, qui negat 160. annis post Numam ullam Romæ statuam, aut imaginem graphicè pictam extitisse. Epicadus apud Macrobi. *lib. 1. Saturnal. cap. 11.* narrat Herculem interempto Geryone in Hispania cùm rediisset in Italiã socio- rum suorum quos in ea expeditione amisisset simulacra, vel sigillaria proposuisse, ornatu solito vestita, quæ postea in fluuium profluentem deiecerint, ut mari quisque in suam patriam veheretur. Eos Ennius vocat Argæos tutulatos. Dionysius Halicarnasseus factum molit, aitque, cùm Itali viuos homines Diti mactarent, & capita, Herculem instituisse, ut pro viuo homine quem Græci

φῶτα

φῶτα vocant, lumina, & oscilla in profluentem fluuium proiicerent, & capita aliorum.

ὃ καφαλὰς αἰδῶν, ὃ τὸ πατεῖ πέμπτε φῶτα.

Ea vocarunt oscilla. Diodorus Siculus Æthiopes primò imagines reperisse vult, à quibus Ægyptij rem didicerint. Lactantius lib. 2. cap. 11. *error*. Prometheo simulacrorum originem attribuit, qui Pandoram ex argilla fecerit, & igne rapto è Solis rotis animarit. Hoc igitur in hac re tenendum, homines primùm carbone, & cretacea graphide, *auec le crayon*, rudi Minerua lineas duxisse, vulgò vocant *griffonner*, deinde excudisse, sculpsisse, rassisse ebur, natiuis coloribus animasse. In pictura vulgari pauca sunt, quæ notes, præter manum pictoris, & colores. In plastice, statuaria, sculptura plura miramur. Ante omnia designatio fit operis graphide cretacea, carbone, vel calamo, seu penna, cuius vsus difficillimus est, quia figuræ, quæ sunt intra *ὁμοίρειαν*, Gallicè *le pourfil*, tenuissimis, & creberrimis lineis incidendæ sunt cancellatim obliquis quadrangulis, & rhombis, à *lozanges*, *on petits carreaux*, vt vmbræ fiant, & aliquid albi, ac vacui relinquendum, vt lumen inducatur. Hæc designatio, quæ fit calamo, utilis est in æreis tabulis, vt postea scalpro inciduntur, aut stylo ferreo sculpantur, & typis excudantur picturæ suauius, & tenerius incilæ, quæ dicuntur *de taille douce*. Pinguntur autem calamo æneæ laminæ nigro quodam, quod fit è fumo nucum, è nucleis mali Perfici, vel pomi Perfici duracini, admiscetur aliquid gummi draguntini; in quo genere primas tenuit nostrò seculo Albertus Darer Germanus. Rem faciliùs expediueris graphide ex terra sanguinea, vt
vmbas

126 *De Pictura, & Statuaria,*

umbras efficias in vacuo, & cerussam aqua maceratam cum gummi Arabico adhibeas ad lumen, nisi fortè designatio illa rudis fiat in charta alba, vel pelle pergamena. Hæc ratio familiaris est iis, qui natiuas, seu iconicas imagines pingunt, & designationem operis mica panis albi, vt volunt, emendant, quæ deinde pro exemplari, seu archetypo futura est, maximè in sculpturis eminentibus, in quibus nisi pictor abundè versatus fuerit, humi serpet, nec in planis illis picturis excelleret, *en platte peinture*; quia sculptura docet contrahere, cogere, coarctare longitudines, easque in breue colligere, in cauum, & profundum tetrahere, aut attollere quæ sunt in plano, vt emineant, *les raccourcissements, les renfondremens, les releuemens en un plain*. & efficere, vt quod est in plana superficie, emineat, & exstet, quasque foras extruderet. Plinius *lib. 35. cap. 10.* Apelles pinxit Alexandrum Magnum fulmen tenentem in templo Ephesiæ Dianæ, viginti talentis auri, id est, centum viginti millibus aureorum nostratium; digiti eminere videntur, & fulmen extra tabulam esse. In hoc genere nostro æuo excelluit Michaël Angelus Bonarota, vnde agnoscas eminens illud, quod foras se proijcit, picturam peperisse, vel instituisse. Nihil in hac arte difficilius, quàm hominem perfectissimum animal ad viuum coloribus exprimere, siue in plana superficie, siue in exstanti: quare prius vultum creta designant, mox archetypum faciunt; & quum omnia fecerint, vix assequuntur quod volunt. Michaël Angelus sculpendi, & pingendi arte nobilis, fatebatur sculpsuram pictura longè difficiliorem, itaque longè plura natiuis

natius coloribus pinxit, quàm sculpsit. Admirabilis Iudicium extremum ab eo pictum in sacello Sixti in palatio S. Petri, sed Prophetæ ab eodem in fornicibus graphicè picti longè admirabiliiores sunt, quum iustam magnitudinem excedant. Statuariam difficiliorem faciunt diuersi aspectus statuarum pleni anaglyphi, *la diuersité des vues qui sont en une statue de plein relief, qui a sa rotondité accomplie.* Plana pictura non exigit tot aspectus. Deinde sculptura legem dicit proportionibus, & symmetriis, seu mensuris architecturæ, quæ sumuntur è corpore humano. Qui tamen scienter hominem, aut quoduis animal expingere potest, longè faciliùs ædificium designabit, cuius lineamenta regulæ, & circino parent, quàm animalium lineamenta. Nihilominus quia tota ædificij delineatio, seu œconomia pendet à conceptu architecti, qui est quasi princeps, ac palmarius operis parens, hic plurimum est laboris, dum id agitur, vt proportionibus, quæ sumuntur à corpore hominis, obseruentur. Minori enim negotio inuenimus, quàm exprimimus, aut imitamur ea, quæ sunt. Ideo nemo architectus nobilis esse potest, qui sculpturæ, & statuariæ non sit peritus. Inde est, quòd Michaël Angelus multa emendarit feliciter, quæ in fabrica S. Petri à Brumante, & Sangalio primis eius fabricæ architectis peccata erant. Parisiis in fabrica arcis Luparæ Clanius vir nobilis, architecturæ sciens, multa intus, & foris peccauit, quia sculpturam vix à limine salutarat. In Gallia nobilissimus statuarius fuit Iacobus Angolismensis, siue marmor scalperet, siue æs funderet, cuius anno 1550. designatio S. Petri palmam præripuit

Romæ

128 *De Pictura, & Statuaria,*

Romæ Michaëli Angelo, sculptorum omnium iudicio. Hodie pro miraculo in Vaticana Bibliotheca tres effigies maximæ ab eo factæ è cera nigra seruantur, quarum prima viuum hominem delineat, altera hominem cute nudatum, cum musculis, venis, arteriis, fibris spirantibus; tertia est skeletos, cum solis ossibus, & tendonibus, quibus ossa coagmentantur. In crypta Meridonica prope Parisios Autumnus marmoreus ab eo sculptus omnes in admirationem rapit. Non eo inferior fuit Parisiis Germanus Pillon, cuius edes pone Palatium Curia centumviralis Sequanae assitas, visere me memini, vbi tot statuas tam affabrè factas ex marmore, ex ære, ex luto, tot anaglypha plenè, aut semiplenè extantia, sub annum Christi 1589. vidi, vt me vix vsipiam in Europa plura, aut admirabilia vidisse profitear. In marmore scalpendo scalptra facilè hebetantur, vt nisi admoucantur igni, & percussa incudibus reparentur, obtusa, & inutilia maneant. Et nisi penitùs sculptor filum marmoris, & venam scienter exploret, & ferro sequatur, in irritum laboret. Michaël Angelus Romæ sexagenarius corpore imbecillo, è durissimo marmore plus squamarum, & scoriae scalpro, quadrante horæ deijciebat, quàm quatuor alij iuvenes, & valentes marmorarij, duabus horis diruere potuissent; quia filum marmoris sine errore sequebatur. Marmorum autem magna est varietas. Vidi marmora in finibus Andium, quæ scalpro facilè cederent, more lapidum molliorum, & tempore durescerent. In Cænomanis passim Ecclesiæ, & templa columnis marmoreis, quæ splendore marmoris Pario, vel Synnadico non cedant, exornantur.

nantur. Immò vestibula ædium vulgarium, & propylæa eiusmodi columnis insigniuntur. Omnium marmorum durissimum, & ferro contumacissimum est serpentinum viride albo distinctum, & nigro. Deinde porphyreticum rubrum maculis albis variegatum. Vidi Florentiæ in vestibulo ædis S. Ioannis porphyreticam columnam Pisis eò delatam, ferro, & igni contumacissimam. Tamen porphyreticum scalpro cedit, si sæpe aciem ferri igni, & aqua reparaueris. Franciscus enim del Tadda Florentinus è porphyretico lapide statuas plures vestitas fecit, in quibus plus est operæ, quàm in nudis, plura item capita, vultusque. Is primus est ausus duritiem lapidis porphyretici nostro ævo vincere, sub Cosmo Medicis l. viro incomparabili. Romæ in campo S. Georgij prope campum floream colossus est porphyreticus, capite tamen æreo. Item propter S. Agnetis ædem cuppa quadrata ingens porphyretica visitur, extra mœnia urbis, quod vulgò Bacchi sepulcrum vocatur. Foris flagellis vitium, & hederæ corymbiata cum variis auibus interstitis elaborata est. Et in Ecclesia S. Agnetis plures sunt mensæ porphyreticæ parietibus inclusæ. Ad pantheum Agrippæ, quod hodie Rotunda indigetatur, duo vasa sunt ingentia, variis imaginibus scalpta, inter duos leones è marmore Numidico striato, coloris cinerei, seu leucophæi, quod non minus ferro contumax est, quàm porphyreticus lapis. Lydius item lapis, quo argentum, & aurum exploratur, duritiæ porphyreticum æquat. Ex Lydio lapide colossus est Hermaphroditi in palatio S. Georgij. Marmor serpentinum scalpi non potest, ex eo tamen factæ

sunt mensæ, quum metallica quadam specie, quæ vulgò dicitur *Emery*, in puluerem redacta, & serra tenuissima sensim aliquid ex eo eroderetur. Ita enim serra, & arena minutissima secantur marmora in crustas. Alius lapis est leucophæus oculis gratus, maculis albis, & nigris sparsus, inclusus in pulpito S. Mariæ Maioris, quem quidam vocat lapidem marmaridum, qui duritie non cedit porphyretico. Emeri fossile est metallicum è genere chalybis, quo aciem ensium artifices ferri expoliunt, sed priùs in puluerem minutissimum terunt. Huius fossilis miror neminem meminisse veterum Noster Ronsardus meminit,

Et l'èmeri des lames acérées

Frappé menu des flammes atherées.

Marmoris genus quoddam est, quod dicitur granatum, quia in eo sunt grana Calcedoniorum, emerici, Agatharum varij coloris, quibus sparsum est. Eius duo genera sunt: alterum, leucophæum, cuiusmodi sunt tredecim columnæ Panthei Romæ in porticibus: alterum, rubro granatum, ex quo facti obelisci, & cupæ balneares, è quibus vna visitur Romæ ante palatium S. Marci, & pro foribus S. Saluatoris Laurentini. In insula Elbana maris Hetrusci fodinæ sunt marmorum granatorum, vnde concha ingens allata, quæ visitur hodie Florentiæ in Palatio Pitti, excipiendæ aquæ salientis è fonte. Nonnulli putant obeliscos Romæ factitios esse, non effossos è latomiis, seu lapidicinis. Sed Strabo, & Plinius latomias assignant, è quibus exsecti sunt. Maximus obeliscus erat centum viginti quatuor pedum, minimus octoginta octo. Quoddam marmor est vulgò dictum

dictum Gentile, & elegans, ex æquo vbiq̃ album, è quo mulra capita, & statuæ Romæ visuntur, sed scalpro contumax est. Idè statuarij libentiùs vtuntur marmore Pario, quod cedit scapello, & iniuria pluuiæ, vel aëris non violatur, sine maculis versicoloribus. Florentiæ in Ecclesia S. Laurentij in sacello Mediceorum Michaël Angelus vsus est in statuis gentis Mediceæ marmore Carrariensi albo, quod nullis maculis versicoloribus sparsum est. Ibidem in crypta subterranea ciuitates, & vrbes Hetruriæ, quæ in ditione magni Ducis sunt, tanta marmorum varietate, tot emblematum, & tessellarum, tamque versicoloribus crustis sunt, vt nihil in toto orbe admirabilius, aut magnificentius videatur. Libet hîc subijcere pauca de marmoribus, & gemmis, quæ sculpi possunt.

De Marmoribus.

C A P V T V I I I.

Quia marmora sunt inter lapides è quibus statuæ fiunt, de iis agamus. Marmora dicij à splendore, & μαρμαρυγή volunt. Strabo lib. 5. μονόλιθοι πάκες, ἢ σήλαι, ὥς τὰ πλείστα ἐξ ἐκπεπτῶν ἔργων. Solidæ columnæ, & laminæ magni operis è Luna vrbe Hetruriæ Romam feruntur. lib. 12. pag. 197. Synnas è μεγάλη πόλις. κίονες μονόλιθοι μεγάλοι πησάζοντες τὰ ἀλαβαστρίτη λίθω καὶ ποικιλίαν. Sinnas parua vrbs est vnde columnæ magnæ ex vno lapide, alabastro varietate similes afferuntur. Cùm pro-

I i 2 uincias

132. *De Pictura, & Statuaria,*

uincias dispoliant columnas monolithas auferunt, ait Laberius, solidum adamantem Maro vocat lib. 6. *Aeneid.*

Solidoq, adamante columna.

Quomodo marmor pareretur ad tectoria, vide Vitruuium lib. 7. c. 5. Fabium declamat. 9. graues crustæ, marmore lucentes columnæ. Sidon. in *Epithalamio.*

*Hic lapis est de quinque locis, dans quinque colores,
Æthiopus, Phrygius, Parius, Pænius, Lacedæmon,
Purpureus, viridis, maculosus, eburnus, & albus.*

Statius,

*Purpura sola cauo Phrygia quam Synnados antro
Ipse cruentant maculis lucentibus Attin.*

Seneca, Numidicas crustas vocat *epistol.* 86. *vet.*

Gloss. πακοδίσκου οικίας, *incrustatam domum*, malim interpretari, tessellis sectilibus pauimentatam.

Statius lib. 2. *Syl.*

—— *Hic Graijs penitus defecta metallis*

Saxa quos Eoa resperxit vena Syenes,

Synnade quot mœsta Phrygia fodere secures

Per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto

Candida purpureo distinguitur area gyro.

Hic & Amyclæi casus de monte Lycurgi

Quod vires, & molles imitatur rupibus herbas

Hic Nomadium lucent flauentia saxa, Thasosq,

Et Chios, & gaudens fluctus spectare carystos.

Strabo lib. 8. λετομίαι λίθι πολυτελῆς ἢ μὲν παντὶς ἐκ

παντὶν παλαιαί, νεωστὶ δὲ καὶ ἐν τῷ τῶν μὲν μέταλλον

ἀντιθέαν πινε ἀμεγαλός. Seneca lib. de *benefic.* 4. Cru-

stæ marmoris ipsa qua secantur lamina gracilio-

res erant. Ea enim gracilitas quia difficilis, pre-

tium augebat. Plinius lib. 36. cap. 2. & 3. Crassus

orator sex columnas marmoreas, & Hymettias in

palatij

palatij ædibus posuit. Marmora scalpserunt primi Dipœnus, & Scyllis Cretenses. Lapis parius dicitur *luxurians*, quia ad lucernas cæderetur. Scalpendi marmoris ars trecentis triginta duobus annis statuariam & picturam superauit, quæ sub Phidia tantum ceperunt Olympiade 83. versicolores maculæ apud Chios inuentæ. Secare marmor in crustas Cares docuerunt. Crusta marmoris parietes primus operuit Mamurra præfectus fabrum Cæsaris. In vilissimo liminum vsu Numidicum marmor primus posuit Marcus Lepidus anno urbis 666. Marmor sectum est, aut solidis glebis positum. Marmor arena secatur, serra in prætenui linea premente arenas, versandoque tractu ipso secante. Æthiopica arena ad id commoda est. Sardonius Epithal. Ruricij.

*Postes Chrysolithi fulvus disfulgurat ardor.
Murrhina, Sardonyches, Amethystus, Iberus, Iaspis,
Indus, Chalcidicus, Scythicus, Beryllus, Achates,
Attollunt duplices argenti cardine valuas,
Per quas inclusi lucem vomit umbra smaragdi.
Limina crassius onyx crustas, præterque hyacinthi
Cerulea concordem faciunt in stagno colorem.*

Idem carm. 22.

*Cedat puniceo pretiosus liuar in antro
Synnados, & Nomadum quo ponat eburnea saxa
Collis, & herbosis que vexant marmora venis
Candentem iam nolo Paron, iam nolo Camptum,
Vilior est rubro qua pendet purpura sacco.*

Idem lib. 3. epist. Quadrarium vocat marmorarium, *ἰμωλύφα*. Statius lib. 1. Sylu.

*Hic Libycus, Phrygiusque silex, hic dura Lacorum
Saxa virent, hic flexus onyx, & concolor alto*

I i 3 Vena

134 De Pictura, & Statuaria,

Vena mari, rupesque nitent, quis purpura saepe
O Ehalis, & Tyrj moderator linet abeni.

Prudent.

Et qua saxa paros secat, & qua punica rupes,
Que viridis Lacedæmon habet, maculosaq; Synnas.
Statius,

Non huc admissa Tasus, aut undosa Carystos,
Mæret onyx longè, queriturq; exclusus ophites,
Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis
Purpura, sola cauo Phrygia quam Synnados antro
Ipse cruentauit maculis lucentibus Atys.
Quasq; Tyrus ninaas secat, & Sidonia rupes:
Trix locus Eurota viridi, cum regula longo
Synnada distinctu variat.

Lampridius in Alexandro Seuero: Marmor porphyreticum, & Lacedæmonium. Isidorus lib. 16. origin. Lacedæmonium marmor viridè cunctis est hilarius. Ophites serpentium maculis similis est. Augustæum, & Tiberinum in Ægypto. Purpurites *Βαρυίτης*, alabastrites. Statius:

Mons Lybis, Iliacusq; nitent, & multa Siene,
Et Chios, & glauca certantia Doride saxa.

Cassiodorus lib. 1. var. Discolorea crusta marmorum gratissima picturatum varietate texantur. Epist. 2. lib. 1. Sidonius: Non illic quidem Paros, Carystos, Proconissos, Phryges, Numidæ, Spartiata rupium variatarum posuere crustas, neque per scopulos Æthiopicos, & abrupta purpuræ genuino fucata conchylio sparsum mihi saxa fursurem mentiuntur. Prudentius lib. 2. in Symmachum:

Natiuum nemo scopuli mihi dedit ostium.

Signis è marmore, gemmisque etiam poliendis
Naxium diu placuit ante alia. Ita vocantur cotes
in

in Cypro insula genitæ. Vicere postea ex Armenia vectæ. Pretiosissimi generis Lacedæmonium viride, cunctisque hilarius. Olim non fuit auctoritas maculoso marmori. Primum versicolores istas maculas Chiorum lapidicinæ ostenderunt. Augustum, vel Augusteum vndatim crispum in vertices, Tiberium sparsim conuoluta canitiæ. Ophites Téphrias à colore cineris dictus, qui & Memphiges dicitur. Est & in Ægypto porphyrites *αδ-κόςκ* candidis interstinctus punctis. Est & basaltès in Æthiopia ferrei coloris, atque duritiæ. Vide Plinium *lib. 36. cap. 7.* Strabonem *lib. 17.* Agricola putat murrhina vasa fieri ex onyche Arabiæ. Malè. Onyches Germaniæ sudines dicti, ex quibus potoria vasa. Praxiteles marmoris gloria superauit etiam semetipsum. Lygdini in Tauro reperti, Alabandici ad purpuram magis inclinant. Luculleum marmor in atrio Scauri collocatum, aut potius marmoris Lucullei columnæ duodequadragenum pedum. Hymettij marmoris columnæ sex in L. Crassi oratoris Palatina domo. Plinius *lib. 36. cap. 5.* putat scalpendi marmoris artem cum Olympiædibus cœpisse, longè antiquiorem pictura, & statuaria, quarum vtraque cum Phidia cœperit Olympiade octogesima tertia, quod ab eo scriptum miror, cum idem scribat, in Chio insula Malam sculptorem, & filium eius Micciadem fuisse Hipponactis ætate, quem certum est vixisse Olympiade 60: Idem ait proauum Malæ sculptorem floruisse Olympiade prima ineunte. Sculptores marmoris qui sceditatem vultus in marmore expresserint, iidem & scalptores fuere, & statuarii. Nonnulli hodie reperti qui marmora proximè imi-

136 *De Pictura, & Statuaria,*

tentur. In mensa enim plana illinunt gluten figurorum, deinde glutini aspergunt gypsum contritum in pulverem. *Sur la colle ils font une couche de plâtre pulvérisé,* & variis coloribus imbuunt; deinde in mensa eadem illinunt gluten alterum, & gypsum friatum variis coloribus tinctum aspergunt. Idem tertio faciunt, & quod eminet in superficie dedolant & læuant. Exæquat id opus marmoris pulcritudinem, & duritiem.

De Gemmis, & Lapillis.

C A P V T I X.

IN gemmis, & lapillis hodie luxuria exultat, quas variè sculpere ars sculpturæ docet.

*Nemo est tam sordida, & ultima soris, qui non
Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum.*

Video uniones nō singulos singulis auribus comparatos. Iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt. Iunguntur inter se, & insuper alij binis superponuntur. Non satis muliebris infania viros subiecerat, nisi bina, ac trina patrimonia singulis auribus pependissent, ait Seneca. Quare vxor tua locupletis domus censum auribus gerit? Sed à corruptis moribus, ad Naturæ miracula diuertamus. Quorundam lapidum inexpugnabilis duritia est, nec secari adamas, aut cædi, vel teri potest, sed incurrentia vltro retundit. In gemmis sales sunt, verrucæque non eminentes, at sessiles. Crystallis subinde occulta subest vomica præduro centro salem vocant. Aliæ gemmæ ferro sunt contumaces,

tumaces, aliæ retundunt. Prima statim sculptura in quibusdam capillamentum videas, in aliis læuor laterum mucrone gravior est. Clemens *lib. 2. Pädagogi, cap. 11*. Lapillos infectatur liuidos, pallidos, maris inhospitalis eiectionamenta, aut terræ ramenta, πελινὺς, ἢ χλωρὺς, καὶ τὸ ἀπεξενωμένους θαλάσσης τὰ ἐκβράσματα, καὶ τὸ γῆς τὰ ἐκψύγματα. Amethysti, inquit, & ceraunitæ, & iaspides, & topasius, & limaragdus. ὅτε μιλυσία σμάραγδος ἐμπόλημα πρηνέστατον. Milesia, merx pretiosissima, margarita pretiosa nascitur in ostreo simili pinnis, magnitudine, piscis oculus ingens. Tertullianus *de Genesi*:

Prasitum huic nomen est, illi carbunculus ardens.

Lib. 2. in Marcionem: Lygurius, onychinus, chrysoprasus. Petronius: Carchedonios ignes lapideos. Tertullianus *lib. de anima*: Cerauneis gemmis non substantia ignita est, quòd coruscant rutilato rubore; nec beryllis ideo aquosa materia est, quòd fluctuant colato nitore. Liber Thobith: σφείρ, καὶ ἀνδραγα, saphirum, & carbunculum vocat. Carbunculus decuplo pretiosior est adamante, quia maxime Sole in rubrum excoctus. Dionysius *de situ orbis*: Ad Ægeum, inquit, mare sunt Thraces.

ἔνθα μελισσοτόμοιο καὶ σκοπῶς παλλένος

φύει ἀστέρει, καλὸς λίθος, οἷά τις ἀστήρ.

Vbi ad speculas Pallenes altricis apium lapis, Asterius nascitur, pulcher sideris more fulgens, & flammæ ignis, quæ in lucernis micat, persimilis. Idem ad Rhipæos inquit,

ἢ θυφᾶς ἡλεκτρὸς αἰετὶ οἷά τις αὐγὴ
μυῖνης ἀρχομένης.

Electrum suauiter lucens augetur, qualis Luna splendor incipientis. Sapphyrum Ioui, & Saturno sa-

138 *De Pictura, & Statuaria,*

crum esse aiūt, imperiūque, & sacerdotium significare ; idē in sacris literis sub pedibus Dei quasi opus lapidis sapphyrini. Smaragdus Vranię virgini sacer virginitatē indicat, iaspis gratiam. Virgilius:

Ille stellarum iaspide fulva

Ensis erat.

Terrullianus : Gemmę tardē teruntur, ut niteant; subdolē subtruuntur, ut floreat; anxie forantur, ut pendeant. Hesychius : *μειζὸν λίθος πρὸς ὅς δάμαζονδρος ὕδαλ & ἰγλή*. Merizens lapis, qui si aspergatur aqua, incenditur. Ita lacrymę Marię Magdalenę cor eius lapideum incenderunt. Androdamas lapis æs, & argentum ad se trahit. Corallium in mari planta est, aëre contactum lapis. In Silaro ligna lapidescunt. Plinius, & Pausanias : In Troade Perperenis fluuius lapidibus agros conferit. Aiunt eos, qui ferunt cylindrum in Syphilo in templo Cybeles, fieri *φιλοπάτορας*, amantes patrum. Debuerat Ptolemæus Philopator cylindrum illum tulisse, ne parricida esset. Caristius lapis textitur, igne purgatur. Mardobæus:

Gemmis à gummi nomen posuere priores,

Quod transplenderent gummi splendentis ad instar.

De lapidibus vide Solinum cap. 11. Plinium lib. 37. cap. 4. & 5. & 9. & 10. lib. 36. cap. 8. 19. lib. 32. cap. 2. Dioscoridem lib. 5. Solinum cap. 4. 65. 45. 12. 42. 50. 8. Isidorum lib. 16. cap. 15. Orpheum lib. de lapidibus. Tzerzem chil. 6. cap. 68. & Mardobæum. Lapidum genera, & nomina plura. Adamas, Achates, Alecatorias, Amethystus, Androdamas, Absinthos, Asbestos, Alabandina, Beryllus, Carbunculus, Chrysolithus, Chrysoprasus, Chrysopasius, Chelidonium, Corneolus, Chalcophonos, Chrysolectros,

lectros, Chalazias, Chelonites, Corallium, Calcedonius, Cerauneus, Crystallum, Dionysiades, Aërites, Enhydros, Gagates, Galactites, Hieracites, Hienia, Heliotropia, Hephestites, Æmatites, Exacotalithos, Hyacinthus, Iaspis, Iris, Lyncurius, Lipares, Magnes, Molochites, Medus, Onyx, Orites, Ophthlamius, Pátherus, Pyrites, Pyropus, Præsius, Sapphyrus, Smaragdus, Sardijs, Sardonyx, Selenites, Sagda, Topasius, Thecolithus, Vnio, Elenchus, Margaritum. Sunt & aliæ gemmæ apud varios Auctores. Ammianus *lib. 23*. Conchæ densius oscitando ex lunari aspergine concipiunt. Inde gravidæ edunt margaritas binas, & ternas, vel vniones, quæ dicuntur conchulæ, singulas pariunt aliquoties, sed maiores, vide finem *lib. 23*. Propertius *lib. 1. eleg. 2*.

Littora nativis persudent picta lapillis.

Vetus opinio fuit, in littore rubri maris gemmas omnis generis nasci, quare Poëta dixit,

Nox & erythraeis Theidis signanda lapillis.

In achate Pyrrhi, nouem Musæ, Apollo, & lyræ, tibix, citharæ, ac instrumentum omne Musarum, & Apollinis à Natura expressum. In marmore secto laurum, silenum, pisces, caput Panis reperta scribit Plinius *lib. 36*. In alio marmore secto repertum oleum fragrantissimum. In alio Neapoli adamas immensi pretij. Theophrastus *de lapidibus*:

διωνομασμέναι λιδοτομέαι παρίωντε, ἢ πυντελικῶν, ἢ χρών, ἢ θεσσαλικῶν, ἢ ὡς ὁ περὶ αἰγυπτιον ἀλαβαστρίτης, ἢ ὁ περὶ ἐλέφαντι ὁμοιοῦ ὁ χερνίτης, ἐν ᾧ πέπλω φασι ἢ δαρείον καὶ δ. ἢ ὁ πόρεο ὁμοιοῦ τῷ χρώματι, ἢ τῇ πυκνότητι τῷ παρίω. Nobites sunt lapidicines in Paro, Pentelica, Chio, Thebis, in Ægypto alabastrices, & qui similibus

140 *De Pictura, & Statuaria,*

similis est ebori, Chernites, in quo iacere aiunt Darium peplo involutum; & Porus similis colore, & densitate Pario. αἰνῶ, spinus, & liparites lapides sunt. Acharis ab Achate fluuio Siciliae dictus. S. Hieronymus. ait amethysten, quo omnia venena superantur, in nido aquilae reperiri. Lapis conchites Megaris λεῖκος, ἢ ἄλλῃ λίθῃ μαλακώτερος, albus omni lapide mollior, ait Pausanias pag. 43. Philo in Caium: περὶ τῆς τῆς ἐν κίχλῃ θυρίδος ἀνακρωθῆναι τοῖς ὑάλῃ λεῖκῃ διαφανέσι θραυκτοῖσι λίθοις, οἱ τὸ μὲν φῶς ἐκ ἐμποδίζουσι, ἄνεμον δ' εἰργασί, ἢ ἢ ἀφ' ἡλίου φλογμῶν. Iussit fenestras in ambitum lapidibus muniti pellucidis, similibus vitro albo, qui lucem non impediunt, ventum autem prohibent, & Solis ardorem. Est lapis specularis, Phengitis, Domitiani apud Suetonium. Mulieres gestarunt gemmas ex auribus pendulas. Eustathius vocat ἑρματα ἐνώτια, in aures. Iuuenalis:

Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Plinius lib. 29. cap. 35. Elenchos fastigiata longitudine digitis suspendere, & binos, ac ternos auribus foeminarum gloria est. Seneca in Hippolyto:

— nec niueus lapis

Diducat aures Indici donum maris.

Cæcilius: Tum ex aure eius stalagmium domi habeo. Homerus:

— ἐν δ' ἄρα ἑρματα ἦεν.

ἐν τῇτοις λόφοις τεύχλινα μορμένα.

Lampridius in Seuero, cum quidam legatus vniones duos vxori eius per ipsum obtulisset, magni ponderis & inusitatae mensurae, cum pretium non inuenirent, in auribus Veneris eos dicauit. Procopius lib. 1. Peroses Persa margaritum maximum

&

& candidissimum quod ex aure gerebat, detractum proiecit in scrobem, ne in manus hostium veniret. Id repertum erat in Etene pisce, quem sequebatur canis marinus captus amore margariti fulgentis inter aquas. Piscator cum canem cibo intentum vidisset, natatu etenem assecutus in litus iecit, sed ipse tam celeriter redire ad littus non potuit quin à cane laceraretur. vide Isidor. lib. 16. orig. Martialis,

Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas uno

Portat in articulo, Stella, Senere, meus.

Mardobæus,

Annulus ut gemmam digitis aptandus haberet,

Dicitur in primis fecisse Prometheus usum,

Caucasæ rupis quem lucida fragmina ferro

Inclusisse ferunt, digitoque recepta tulisse.

Vide Dion. Chrysost. pag. 154. Heliodor. lib. 8.

Æthiopica Historia.

παντάρῃσι φορέουσιν πυρὸς μὴ τάρξαι ἱκανῶς.

Panarabam ferens ne time impetum ignis. Vide Athenæum lib. 3. Scholiastes Aristophanis ad nubes, φαρμακοπόλις πικράλφεις τὸς πολυτιμώτερος λίθους πωροῦσιν. *Pharmacopolas pretiosos lapides vendentes.* Theocrit. Idyl. 12.

λυδῖν ἴσον ἔχειν πέτρῃ σῶμα, χρυσὸν ὁποῖον

πᾶσιον ὃ μὴ φαῦλον ἐπήτυμον ἀργυράμοιροι.

Os habere simile Lydio lapidi quo argentarii probant aurum syncerum, non adulteratum. Nicander,

ἢ σὺ γ' Ἀρπύριον ἐνὶ φλέξας πυρὶ λᾶαν,

ἢ τ' ὕδατι φλεχθεῖσα σελεύσῃ, ἴσθεις δ' αὐτῶν,

πύττον ὅτ' ὁδμήσῃ ὁππρᾶνδέντ' ἐλαίῃ

πῶν ἀπὸ Θρηκίης νομέας ποταμοῖο φέρον.

Aut Thracium lapidem cum accenderis qui aqua rigatus

142. De Pictura, & Statuaria,

ius splendet, cum autem extinguit tantillum olei offu-
sum. Pastores hunc lapidem à Thracio fluvio ferunt.
Philostratus in *Amoribus Margelin*, & Sardium
lapides commemorat, ἡ μάρμαρις, ἡ σαρδαί. Bdel-
lium lapis est cap. 2. Genes. ὁ ἀνδραξ λίθος πωγωνίος,
carbunculus lapis Prasinus. Martial. lib. 6.

Siccos pinguis onyx anhelat æstus,

Et flamma tenui calént ophitea,

Et certant vario decore saxa,

Quæ Phryx aut Libys altius cecidit.

Lib. 4. Anthalog.

εἰκόνα πέντε βόων μικρὰ λίθος εἶχεν ἱάσπης.

Imaginem quinque boum paruus lapis iaspis habuit.

Vide Nonnum in *Dionysiac. lib. 5. pag. 94. 321. 529.*

τῇ μὲν ξανδὸς ἱάσπης ἐπέτερεχε, τῇ δὲ σελιδύνης

εἶχε λίθον παλίδακον, ὃς ἀκράοιο δαίνης

λειπομένης μινύδει, καὶ ἀέξει.

Altera flauus iaspis incurrebat, altera lapidem album
habebat, qui luna deficiente minuitur, augenie augetur.

Perf. satyr. 2.

Hæc baccam concha rasisse.

Vide Strabonem lib. 6. Plinium lib. 9. cap. 35. Mar-
tianus Capell. lib. 1.

Lychnius, astrites, ceraunes, scythis, iaspis,

Dendrites, Heliotropios, Sydalis.

S. Hieronymus ad *Demedriad. epistol.* Vt taceam de
inaurium pretiis, candore margaritarum rubri
maris profunda testantium, smaragdorum virore,
cerauniorum flammis, hyacinthorum pelago. Vi-
de Heliod. lib. 5. *Æthiop.* Philostratum lib. 3. *de vita*
Apollon. p. 3. ante finem. S. Hieronym. *δακτυλιοποιοί*
dicuntur inclusores qui gemmas annulis inclu-
dunt. De Pantarba Philostratus lib. 3. *Apollon. c. 14.*

παντάρβη

παντάρῃ γίνεται ἢ μεγίστη κατ' ὄνυχά σακτύλῃ τῷ τε, δει-
 ξας ἢ ἑαυτὴ ἀντίχειρα, κινύσκειται ἐν γῇ κοίλῃ. βαδὺς ὀρῇ καὶ
 τέπαρες. Tantum ipsi spiritus inest, vt intumescat
 terra, & plerunque scindatur vbi concipitur is la-
 pis. fugit, nisi ratione & prudenter trahatur. Nos
 soli quibusdam sacris actis, ac dictis Pantarbam
 eruimus, quæ nocte tanquam ignis diem accendit,
 est enim ignea, radiis micans, quod si die iam orto
 aspiciatur βάλλει τὸς ὀφθαλμοὺς μαρμαροχαῖς μυριας,
 percutit oculos infinitis fulgoribus. Lumen quod in eo
 lapide est spiritus est admirabilis virtutis. Quic-
 quid enim prope est sibi conciliat & trahit. Imò
 quoscunque lapides in mare & fluuios deieceris
 ac sparseris, si eam demiseris eodem, omnes sui
 spiritus virtute recolligit ita vt coaceruati lapides
 tanquam examen apum illi subiaceant. Cap. 15.
 αἰλίσκεται ἢ λίθος ἐκεί μαρμαρὶς ἐν ὀπράκῳ λακῶ, καρδίᾳ
 τόπον ἔχουσα πρὸ ὀφθαλμοῦ. Cap. 16. Vnguento perfusa
 ostrea sese aperientia inebriantur. Tunc ferreo sty-
 lo perforata quasi fanem quandam emittūt, quam
 venator ferreo latere excipit, qui in varias formas
 excauatus est. Ea sanies postea lapidescit, atque
 in modum naturalis margaritæ albus ille sanguis
 concrefcit, κίεσιν ἢ μαρμαρὶς αἷμα λακῶν ἐξ ἐρυθρᾶς
 θαλάσσης. Solinus cap. 38. Smilaces in ipso Euphra-
 tis alueo legitur gemma ad imaginem marmoris
 Proconesijs, in medio glaucum vt oculi pupilla in-
 ternitet. Cap. 39. de Sagda lapide. Myrrhites spirat
 nardi suauitatem. Mithridax, Thecolithos, Am-
 mochryfos. Excidit draconibus Dracontias lapis,
 Molochites, Androdamas, Pæderos. Cap. 42. cap. 46.
 Pyrrhites, Kalazias, Echites, Dionysias. Cap. 55.
 Adamantes lymphationes abigunt, venenis resi-
 stunt,

144 *De Pictura, & Statuaria,*

stunt, vanos metus pellunt. Nunquam ultra magnitudinem nucis auellanæ repertus adamas. *Cap. 29.* In oculis hyænæ lapis est hyænius, qui si linguæ hominis subditus fuerit, prædicat futura. Nazamonites lapis apud Nazamonas, sanguineus, nigris venulis. Ad Hammonem lapis legitur tortuosus, inflexus, qui Hammonis cornu dicitur, fulgore aureo, subiectus capiti prædiuina somnia representat. Seneca decoctum calculum in smaragdum conuerti ait *epist. 90.* Immo hodièque inuenti lapides coctiles colorantur. Theodoretus *Dialog. de providentia*: πόθεν ἔμαθε φύσιν ὑάλου; τίς αὐτὸν ἢ ψάμμου διαφορὰν ἐπαίδευσεν; τίς αὐτὸν ἐδίδαξε πῶς τοιαῦτα ψάμμου τὰ πρὸς ὡρασίῳ δίδω, καὶ ὅπως, καὶ ὅτι πόσον; Liuia crystallum centum quinquaginta librarum in Capitolio dedicauit, apud Plinium. Solinus *cap. 20.* Cyanis lapis in Scythia cæruleo coruscans. Q. Curtius *lib. 8.* Gemmas, & margaritas mare Indicum littoribus infundit, neque alia illis maior opulentiae causa est, utique postquam vitiorum commercium vulgauere in ultimas gentes: quippe aestimantur purgamenta aestuantis freti pretio, quod libido constituit. Solinus *cap. 39.* Hyacinthus plerumque violaceo diluitur, aut nubo obducitur, aut albicantiùs in aquaticum eliquescit. Optimus ille tenor, si nec densiore fuce sit obtusior, nec propensa perspicuitate detectior, sed utroque temperamento lucis, & purpuræ moderatum suauiter florem trahat. Hic est, qui sentit auras, & cum cælo mutat, nec æquiter rutilat, quum aut nubilus, aut serenus diès. In os missus magis friget, sculpturis minimè accommodatus, ut qui attritum respuat. Vbi hyacinthus, ibi & chryso

chrysolampis apparet, quem lapidem lux celat, prodit obscurum. Nocte igneus est, die pallidus. Gemmæ autem generantur inter saxa è succo metallico. In ventre saxorum duriorum sæpe amethysti, & carbunculi reperti. Gemmæ nobiles inter metalla auri, & argenti reperiuntur. Adamas, opalus, smaragdus ad auri naturam pertinent; sapphirus ad argentum; carbunculus, amethystus, pyropus ad ferrum. In crystallo nihil est metallicum. Lapilli inter metalla sunt, vt glandes in animalibus, vt nodi in lignis, vt semina in plantis, vt verruæ in vultu, vt næui in corpore, vt fungi in arboribus. Lapilli frigidiores sunt vitro, ideoque attractu linguæ ab Indis cognoscuntur. Eorum splendor minus hebetatur lumine candelæ, quàm vitrum. De lapide Dracontio vide Solinum *cap. 33*. Pœanites in Macedonia concipientibus, & parientibus prodest, apud Solinum *cap. 14*. *Cap. 22*. Callais gemma in Germania viret pallidum, nihil decet aurum iucundius, id est, auro inclusa nihil iucundius. *Cap. 7*. Lyncurius succini colore spiritu festucas attrahit, dolores renum sedat, medetur Regio morbo. Corallium dicitur Gorgias Metrodoro, resistit typhonibus, & fulminibus. Achates in Sicilia ad Achatis fluminis ripas. In Creta Coralliachates corallo similis. *Cap. 36*. Molochites in Arabia virens iuuat contra infantium pericula. Iris in mari rubro, specie crystallo. Sexangula, radiis icta Solis, rutilo aëris percussu, cælestis arcus ex se iacit speciem. Androdamas mollit iras. Pæderos lapis Arabicus crystallinum lucet, rubet purpuram. Arabica, genus lapidis, est neruis utilis. Apud Trebellium,

K k vniones

146 *De Pictura, & Statuaria,*

vniones Cleopatrani. *μονόκοκκα* Gloss. *μαργαρίται μεγάλοι*. Apud Capitolinum, Monolinum de albis nouem, monolinum est filum vnum, quo margaritæ nouem erant insertæ. Margaritæ enim vocantur albæ ab Anastasio *in Leone IV.* lapidem quemcumque ad caudam asini si alligatis, non ruder. Petronius:

Quo margarita cara, tribacca, Indica,

An ut matrona onerata phaleris pelagiis, &c.

Apud Iulium Firmicum *lib. de myster.* In mysteriis dicitur *θεὸς ἐν πύργῳ*. Apud Tertullianum *lib. 2. in Marc.* Ligurium onychinus, chrysoprasus. Aliis dicitur lyncurius. Tzetzes *chiliade 8. cap. 195.* *λίθος βασιλικὸς ἢ πιντελίσιος*, ad statuas utilis. Vide *cap. 375. 376.* Solinus *cap. 56.* In Taprobane conchæ rore matutino concipiunt vniones, & quum lunares maximè liquuntur aspergines, oscitatione quadam hauriunt liquorem concupitum. Nunquam in concha duo simul vniones reperiuntur. Ultra semunciales inuentos negant. Conchæ gregatim natant, certa examini dux est, quæ si capta est, etiam quæ euaserint, in plagas reuertuntur. Sub Sylla primùm Romam illati sunt vniones. Lolliæ Paulina Cæsaris Principis coniux tunicam habuit ex margaritis sextertia quadringenties tunc æstimatam.

De Lapidibus.

C A P V T X.

AD fossam Marianam littus lapideum est, in quo Herculem contra Albionem, & Ber-
giora

giora Neptuni liberos dimicantem, cum tela defecissent, à Ioue adiutum inbre lapidum ferunt. Credas pluiffe, aded multi passim, & latè iacent, ait Mella *lib. 2. cap. 5. Tacitus lib. 15. Annal.* Lapis Gabinus, & Albanus igni sunt imperuij. Thales apud Diogenem Laërtium : *πρῶτον τοῖς ἀψύχαις μεταδιδόναι ψυχὰς λίθῳ, περὶ μὲν οὖν ἐκ τῆς λίθου τῆς μαγνήτιδος, ἢ τῆς ἡλέκτρος* *Primus dicitur animas dedisse inanimatis, coniectura capta ex magnete lapide, & electro.* Lapis tristis in Attica fuit, vbi sedit Ceres filium quæritans, *lib. 4. Fastor.* Ouidius. Apud Pausaniam Megaris Anacletra petra, cui insidens Ceres filium inclamauit. *Lib. 2. Metamorphos.* Ouidius : Lapis index, in quem mutatus rusticus, qui indicarat boues Apollini à Mercurio abactas. Apud Pausaniam, lapis sacer in Træzeniis, quem posuerunt illi, qui Orestem ἐκ Ἀθηνῶν ἐπὶ φόνῳ τῆς μητρὸς, à matris cæde. Megaris lapis sonans, in quo Apollo citharam reposuit, ad ictum pulsus cuiuscumque fidicinat, ait Martianus Capella. Apud Pausaniam: Lapis ἄργεος albus est in Laconibus, cui insidens Orestes furore liberatus est; ideò lapis hic dicitur Eustathio ζῶν καὶ πῶπις. Auæni lapis apud inferos, quòd mortui arecant, αἰαίνον. Iouem lapidem Romæ iurabant. Bætyli culti à Iudæis, qui volare, & per se moueri dicti. Bætylum fasciis inuolutum Saturnus pro Ioue dicitur deuorasse. De lapide sonanti Ouidius *lib. 8. Metamorph.*

Regia turris erat vocalibus addita muris,

In quibus auratam proles Latonia fertur

Deposuisse lyram, saxo sonu. eius inhaesit.

De lapide Adarce, Antipathe, Asio, Pyrite, Æmatite, Schisto, Gagate, Thracio, Arabico, Galactite,

148 *De Pictura, & Statuaria,*

Melitite, Morachtho, seu Galaxia, seu Leucographide, Thy&te, Alabastrite, seu Onyche, lapide Iudaico, Memphite, Selenite, Ostreite, Smyri, & aliis, vide Dioscoridem *lib. 5. cap. 150. & sequentibus.*

De Statuis æreis fusis.

C A P V T X I.

A Pud Pausaniam in *Arcadiciis*, Ræcus Phizi filius, & Theodorus Teleclis Samij, primi æreas statuas fuderunt. Ante eos laminas rudi Minerva coagmentabant pro statuis. Is Theodorus smaragdum cælavit Polycratis Samij. Terra vnde proplasma, seu fusilis operis typus, exemplum, prototypon, archetypon, protypon efficitur, non est argilla pinguis, & æquabilis, cuiusmodi ea est, vnde fictilia fiunt, quia facile funditur, & fatiscit, sed terra est arenosa, quæ vtuntur ad furnos extruendos, & fundendas campanas, atque adeò earapultas, seu bombardas tormentarias. Si argilla vteris, admisceto cineres purgatissimos, aut arenam tenuissimam. Terra hæc exsiccat, conteritur in pulverem, excernitur cribro, seu incerniculo farinario, *samis*, tum admiscetur tomentum lanicium, seu leuconicum, *bouurre*, & omnia imbuuntur aqua, vt in vnum corpus transeant, vapulantque virga ferrea, tum per quatuor menses macerantur, & computrescunt simul, vt rationem vnguenti cuiusdam mollis obtineant. Ita terra poterit pati ardorem metalli, nec fatiscere, aut disrumpi. Cum ita formatum fuerit protypon è terra,

terra, & finxeris figuram arbitrato tuo, leni igne coques, quæ contrahetur transuersum fortè vni-
guem, aut plus, minúsve; ideo eam, vbi opus erit, reformabis; & rugas, quæ coierunt, dilatabis, donec iustum modum assequatur, & iterum coques igne leni per gradus augente, & indusum cereum digiti crassitudine intus adhibebis, vterísque ad eam rem instrumentis ligneis, & ferreis, & demes quod exuberabit. Sed omnia ista, quæ faciunt ad praxim, scriptis committi non possunt, quum ab vsu, & tractatione pendeant, magistróque, & manu, atque oculis egeant, sine quibus artis huius præcepta expediri non possunt. Videre licet equum Parisiis in ponte nouo, æreum, cui Rex Galliarum Henricus I V. insidet, Florentiæ miro artificio conflatum. Colossi illi equestres non ex solo ære conflati sunt, sed aliquid stanni Cornubiensis admiscetur, vt facilius æs fusum fluat; idque tum vocatur *bronzæ*. *Æs* Cyprium, æs Corinthium, si aliquid auri, vel argenti admiscetur; æs ductile, æs regulare, si flauescit; orichalcum indigetatur. Si cum centum libris æris misceantur viginti pondo stanni purgatissimi, vocatur metallum, vt in campanis, & tormentis igniuomis fieri solet. Fossa, vbi prototypon ponitur, adeò longa, & lata esse debet, vt absit à protypo vndequaque pedem vnum in quadrum. Ita locus erit hinc inde laterculis igne coctis sartus rectus, quibus omni ex parte muniri debet proplasma, seu archetypon, ne humido corrumpatur. *Æs* autem cum stanno fusum debet lento agmine, & leni sensim intromitti, ne opus nimio ardore pereat, aut liquor fluens aberraret, exundétve. Sed

150 *De Pictura, & Statuaria,*

hæc omnia pendent à praxi. Quamprimùm igitur fossa munita erit laterculis, & terra sicca cribro pollinario transmissa, debet ignis admoueri fornaci, ne typus, seu protypum aliquid humidi ad se rapiat. Tubus, seu canalis, quo transmittitur æs fustum, debet esse latior, laterculis crudis, sed siccis munitus, deinde excoquatur carbonibus admotis, & tandem cineribus liberetur, ne metallo fuso admisceantur. Ima pars fornacis tegi debet laterculis bene coctis, ne ardore metalli fusi colliquefcant. Qui vitri fornaces struunt, eiusmodi laterculos scienter legunt, experientia docti. Fornax autem æri fundendo debet vno, aut altero die leni primùm igne, deinde per gradus augente excoqui, ut commodè siccetur, ne fluxum æris liquidum, & limpidum moretur. Iam verò effigies auri, & argenti fiunt è laminis aureis, & argenteis, quæ formantur, & vapulant supra typos æreos, qui primùm cauis gypseis fuerint infusi. Sed deinde scalpellis, & cælis reformantur, & accurantur. Hac in arte Phidias alios omnes superauit. Consule Vignerum Doctorem meum.

De multandis, stagnandis & ferruminandis operibus metallicis.

C A P V T X I I.

HAnc partem Iurisconsulti non satis expediunt, quia fabricam & plasticam ignorant. Verba Cassij sunt apud Paulum: Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatura verò

verò non efficit. Aurum interdum clauo ferreo ferruminatur apud Petronium. Ferrum est quoddam quasi gluten, seu iunctura seu vinctio qua metalla consolidantur, Græci vocant *συνάφην*, Galli *fondure*. Plinius *lib. 36. cap. 23*. Ruinarum vr-
bis ea maximè causa quod furto calcis sine ferru-
mine suo cæmenta componuntur. Ferrumen auri
dicitur Chrysocolia. Gellius *lib. 13. cap. 25*. tan-
quam ferrumine immisso fucator versus. Plinius
lib. 36. Vitrum sulphuri incoctum ferruminatur in
lapides, id est, glutinatur in formam lapidis. *Lib.*
35. cap. 15. Calcis vsum bitumen præbuit, ita fer-
ruminatis Babylonis muris. Pomponius, Si tuum
scyphum alieno plumbo plumbaueris, alienove
argento ferruminaueris, non dubitatur scyphum
tuum esse, & à te recte vindicari. Plinius *lib. 10.*
cap. 33. de picis oua sua è nido in nidum depor-
tantibus, surculo super bina oua imposito, ac fer-
ruminato alui glutino subdita ceruice, medio
æque vtrinque librato, deportant alio. Ferrumen
est gluten. *Lib. 11. cap. 37*. De ossibus canum quæ
fracta non ferruminantur, quod deficiente euenit
medulla. *Lib. 27. cap. 4*. De herba quadam qua re-
cente si vratur, ferrum aut æs ferruminari. *Lib. 31.*
cap. 7. Carrhis Arabiæ oppido, muros domosque
massis salis faciunt aqua ferruminantes. *Lib. 37.*
cap. 2. Crystalla infestantur plurimis vitiis, scabro
ferrumine, maculosa nube. Petron. *in satyr.* Aurum
ait clauis ferreis ferruminatum. vocatur *κόλλησις*
συνάφεια, *συνάφην*. Ferrumen autem à ferro dictum,
quod maximè glutinosum est intus, & viscidum,
ideo duæ ferri partes diuulsæ in ignem iniectæ, &
incude percussæ facile coalescunt, & inter se iun-
guntur.

152 *De Pictura, & Statuaria,*

guntur. Item crocus Martis, & squamæ ferri, cæ-
 menta facile, & firmiter solidant & vinciunt. La-
 minas ferri tenues in furno ἀπυρίας per 15. dies
 in calcem redigito, feceris crocum Martis pollini
 tenuissimo similem, sed rubrum. Lateres, vitrum,
 carbones lapideos, arenam, calcem, cum ferri cro-
 co conterito in mortario, cæmentum inexsuperabile
 feceris. Bolus Armenius, & terra sigillata
 fiunt in fodinis metallicis è vaporibus ferri, qui-
 bus nihil est efficacius ad res deuinciendas, & ad-
 glutinandas. Ita cum stannum & plumbum per
 se mollia sint, si fundantur simul ob insitum visci-
 dum obdurescunt. Quia plumbum humidum, stan-
 num siccum est. Plinius *lib. 34. cap. 17.* Stannum
 adulteratur addita æris terria portione candidi in
 plumbum album. Fit & alio modo mistis albi
 plumbi, nigrique paribus libris. Hoc nunc aliqui
 argentarium appellant. Plumbum album vocat
 stannum Cornubiense, κασίπεον, plumbum ni-
 grum μόλυβδον. Aurifices æs, argentum, aurum va-
 riis modis ferruminant. Tu eos consulito. Sed au-
 diamus Plinium *lib. 33. cap. 5.* Chrysocollam, & au-
 ri artifices sibi vindicant adglutinando auro. Et
 inde omnes appellatam similiter vtentes dicunt.
 Temperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri
 impubis vrina addito nitro. Chrysocolla vulgo
 dicitur Borax, Cypria ærugo vocatur, *verd de gris.*
 Aurum fermentatur, & adglutinatur Cypria æru-
 gine, sale Armoniaco, & Chrysocolla, vulgo dici-
 tur *fouder l'or à chaud.* Tria enim ista simul terun-
 tur, & imbuuntur in capedine testacea firmissimæ
 terræ, cuiusmodi est in Gallia Bellouacensis, dein-
 de ex illo composito particulæ sumuntur quibus
 aurum

aurum ferruminetur carbonibus impositum. Plinius loco quem suprà posui hæc addit, Teritur Cyprio ære in Cypriis mortariis. Ita ferruminatur aurum quod argentosum vocant. Signum est si addita lanterna nitescit, è diuerso ærosus contrahit se, hebetaturque & difficulter ferruminatur. Aurum argentosum vocat quod fustum est cum argento, aurum ærosus quod fustum est cum ære. Lanternam vocat boracem, seu chrysocollam. Addit Plinius: Id glutinum fit auro & septima parte argenti ad supradicta additis, vnâque contritis. Plumbatura autem dicitur quum stanno & plumbo candelabra, çanterioli focarij ærei ferruminantur. Denique addit Plinius eodem loco: Auri glutinum tale est, quod dictum est, argilla ferro, cadmia æris massis, alumen laminis, resina plumbo & marmori, sed plumbum nigrum albo iungitur ipsûmque album sibi, item stannum æramentis stanno argentum. Fallitur Plinius, quia non conuenit argillæ cum metallo, itaque argilla metallum ferruminari non potest. Per cadmiam intelligit calaminam, cognatum metallis fossile, vulgo *mineral*, quod reperitur in fodinis æris in agro Mediolanensi & in Germania. Calamina vtuntur vt cuprum in æs conuertant, quia strato cupri imponitur stratum calaminæ, deinde strata ita exaggerant, & in fornacibus simul liquant. Stanni, & plumbi artifices resinam adhibent, vt vasa stannea ferruminent. Resina item adhibetur marmori ferruminando cum mastice. Vulgo dicunt *mastiquer*. De plumbo nigro & albo. Plinius *lib. 34. cap. 16*. Plumbi duo genera, nigrum atque candidum à Græcis appellatum *καὶ μέν*. Iungi inter se plumbum

bum nigrum sine albo non potest, nec hoc fieri sine oleo, ac ne album quidem secum sine nigro. Plumbi nigri origo duplex est, aut enim sua provenit vena, nec quicquam aliud ex se parit, aut cum argento nascitur, mistisque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor stannum appellatur, qui secundus argentum. Quod remansit in fornacibus galæna, quæ portio est tertia addita venæ. Hæc rursus conflata dat plumbum nigrum, deductis partibus duabus. Hæc Plinius: omnino nulla est fodina argenti in qua plumbi aliquid non inveniatur, quo metalla omnia purgantur. Ut videre est in catillo obrusæ (vulgo *coupelle, cendrée*) quo ab auro & argento quicquid adulterini est evanescit, & exhauritur. Habent præterea aurifices aquam è nitro, & vitriolo fortem, quæ vulgo dicitur, *eau de depart*, qua si quid argenti cū auro mixtum est in aquam soluitur, quicquid est auri deorsum specie arenæ nigræ descendit. Hoc ignoravit Archimedes apud Vitruvium *lib. 10.* Qui aurum argento mixtum deprehendit in aqua, quod aurum gravius & ponderosius in angustum coëat, & minus loci occupet, argentum levius, plus loci. Consule Vigenerum ad Philostratum. Diximus alibi statuas, simulacra, signa facta esse è gypso, lapide, cera, auro, argento, ebore, ligno. Callistratus scribit statuam Memnonis è lapide vocali fictam, statuam Æsculapij è ligno. Vulgo fiebant signa è cedro. Plinius *lib. 13. cap. 5.* Materia verò ipsi cedro æternitas, itaque & simulacra Deorum ex ea factitauerunt. Apud Pausaniam simulacrum Æsculapij Epidauri erat ex auro & ebore. Porphyrius, Athanasius, Eusebius,

sebius , Plinius pròdunt , veterum imagines è vitro factas , & è cyparisso , marmore , cedro , quercu , simlance , loto , buxo , radicibus oliuæ , apud Homerum , è thyo , vel thya arbore odorata , quæ perpetuò viret. Hodie qui fundunt æreas , aut argenteas imagines , exemplum fingunt è cera , deinde ex argilla fingunt protypum aliquod , in quo cerea imago locetur. Et quum testaceum illud protypum aptè cum imagine cerea conuenerit , ceram igne adhibito effluere cogunt , ita protypum luteum syncerissimum intus sine scrobe , aut tumore manet. Reperies sculptores , qui in æs cælo quascumque figuras excudant , quæ deinde per Typographos in serico , aut bombicino exprimuntur. Vulgò id fit in gratiam iuuenum , qui cùm Doctorum laurea donantur , Theses suas in serico expressas viris principibus offerunt : stemmata enim illorum in ære incidenda curant. Et ne oleum , quo picturæ illinuntur , in serico longiùs grassetur , & maculas efficiat , melle , & ochra priùs laminas illinunt , & alia medicamenta adhibent , quæ oleo terminos præscribunt , ne longiùs vageretur in pannum sericum. Sed ad statuas redeamus. Palladium Diodorus Siculus scribit fuisse statuam ligneam tres cubitos altam , quæ de cælo lapsa sit , pessinuntem , & manu dextra gesserit hastam , læua colum cum fuso. Plinius *lib. 35. cap. 15.* Agrippa fontes , lacus , & alia opera , quæ extruxerat , trecentis ornauit statuis marmoreis , vel æreis. Hodie Romæ in monte Quirinali vulgò *Monte Cavallo* , visuntur duo colossi marmorei , quibus expressus est Alexander Magnus insidens Bucephalo. Eos Constantinus Magnus Alexandria transtulit

156 *De Pictura, & Statuaria,*

translulit Romam, & in thermis suis collocavit. Aſcribuntur Phidiæ, & Praxiteli. Sed Phidias floruerat ſub Pericle, centum & ampliùs annis ante natum Alexandrum. Rhodi fuit coloffus æreus Solis, cum hac inſcriptione :

† ἐν ῥόδῳ κολοῦσθον ἐπὶ αἰῶνις δέκα.

χάρης ἐπὶ αἰῶνις πύχων ὁ λίνδιθ.

Rhodi centum alij coloffi minores, & ſeptuaginta tria millia ſtatuarum, vt Plinius *lib. 34. cap. 7.* Zenodorus, qui decem annis Mercurium in Aruernis finxit, Romæ Neronis coloffum centum viginti pedum fabricauit. Vt Suetonius: Benemeritis de Repub. ſtatuz poſitz. Virgilius 7. *Æneid.*

Vestibulo adſtabant aliq, ab origine Reges,

Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi.

Liuius *lib. 8.* Additus triumpho honos, vt ſtatuz equeſtres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur. Locus ad ſtatuas honeſtiſſimus fuit in roſtris. Liuius *lib. 4.* Legatorum, qui Fidenis cæſi erant, ſtatuz publicè in roſtris poſitz. Ibidem fuit & ſtatua Camilli, & altera Cn. Octauij, qui Regem Antiochum circulo, quem è virga duxerat, incluſit, coëgítque, vt reſponſum daret, apud Plinium *lib. 34. cap. 6.* In qua legatione interfecto Senatus ſtatuum poni iuſſit quàm oculatiſſimo loco in roſtris. Ibidem ſtatua Herculis iuuenis habitu Græco, quem L. Lucullus Imperator de manubiis dedicauit. Fuit & ſtatua Syllæ ex ſolido auro, vt ait Pædianus, cum hac inſcriptione, Cornelio Sullæ fortunato Imperatori. Auguſto Cæſari columna poſita, in cuius vertice ſtatua aurea eius. Appianus *lib. 5. civil.* ἡ δὲ πρὸς κίονθ ἐν ἀγορᾷ χύσθον ἐστῆναι μὲν πρῶτα θῆναι ἔπειτα ἔχον ἐπὶ τῇδε, ἡ περικειμένων τῶν

κίων

αἰὼνι νεῶν ἐμβόλων. καὶ ἔστι μὲν ἡ εἰκὼν ἀπὸ χαλκοῦ ἔχουσα,
ὅππῃ πῶς εἰρηλίκῃ ἐκαστασμένῃ οὐ πολλὰ συνίστησι καὶ γυνὴ
καὶ δάλασαν. In sexta regione Romæ fuit statua
Quirini viginti pedum. Statua item plumbea
Mercurij, statua Fortunæ publicæ, duæ magnæ sta-
tuæ Alexandri, & equi Bucephali in foro boarib.,
anno urbis 565. Romæ reperta statua Herculis ex
ære inaurato, quæ visitur hodie in Palatio Conser-
uatorum in Capitolio. Plinius *lib. 18. cap. 3.* Mi-
nutius Augurinus, qui Sp. Melium coarguerat,
farris pretium in trinis nundinis ad assem rede-
git, vnde cimus plebei Tribunus, qua de causa sta-
tua ei extra portam Trigeminam populi stipe col-
lata statuta est. Paulò aliter Liuius *lib. 4.* Statuam
Romæ positam Horatio Coclitæ, aliam Clæliæ
docet Liuius. Statuam risui positam à Lycurgo
docet Plutarchus. Pompeius triumpho Mithrida-
tico statuam suam ex vniõibus, & margaritis
conflatam prætulit. Anno urbis 416. Menio, &
L. Furio Coss. positiæ duæ statuæ equestres, ut
Plinius *lib. 34. cap. 6.* Sæpe pro statuīs poneban-
tur columnæ. Ita columna Menio posita, apud
Plinium. Item columna Duillij, apud Florum *epi-
tome lib. 17. Linij.* Plinius *lib. 34. cap. 5.* Columna
Iulij Cæsaris ex lapide Numidico, alta viginti
pedes, cum hoc titulo, Patri patriæ. Ibidem fuit
statua equestris Cæsari posita, cuius capiti addita
stella, ut in veteri nummo videre est, item al-
tera Augusto. Romæ in septima regione, ubi
est hodiè que via lata, fuere duo equi ærei,
quos Tiridates Rex Armeniæ Romam aduexit.
Vide P. Victorem in regionibus urbis Romæ:
Statua Iouis Imperatoris, quam Liuius *lib. 6.* ex
Prænestæ

158 *De Pictura, & Statuaria,*

Præneſte deuectam ait à Quintio, qui Præneſte vi ceperat. Quintius eam dedicauit in Capitolio inter ſacellum Iouis & Mineræ cum indice rerum à ſe geſtarum. Fuit alia Iouis ſtatua Siracufis quam Verres ſuſtulit apud Cicer. *lib. 6. Verr.* Iupiter erat  Ibidem Cicero duo alia ſimulacra Iouis fuiſſe ait eiufdem operis, alterum in Capitolio, quod Flaminius conſul è Macedonia detulit, alterum in oſtio Ponti Euxini, quod aberat decem miliaribus plus minus à Byzantio. Plinius *lib. 34. cap. 7.* Fecit & Sp. Caruilius Iouem qui eſt in Capitolio victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus, è pectoralibus eorum, ocreiſque & galeis. Amplitudo tanta eſt vt conſpiciatur à Latiario Ioue qui colebatur in monte Albano, vt ait Dionyſius Halyc. *lib. 4.* Apud P. Victorem in octaua regione fuit Iuuenis ſimulacrum à Pompeio Bythinico conſecratum. Plinius *lib. 34. cap. 8.* ait in eadem regione fuiſſe Mineruam Euphranoris in radicibus Capitolij à Q. Lucretio Catulo dicatam. Idem *lib. 4. cap. 13.* citra Iſtrum Apolloniatarum inſula vna 80. mill. à Boſphoro Thracio, ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit. *Lib. 34. cap. 7.* Moles excogitatas ſtatuarum videmus, quas coloffos vocant turribus pares. Talis eſt in Capitolio Apollo, translatus à M. Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe 30. cubitorum, 150. talentis factus. Talis in campo Martio Iupiter à Claudio Cæſare dicatus, qui vocatur Pompeianus à vicinitate theatri, talis & Tarenti factus à Lyſippo 40. cubitorum. Vide Strabonem *lib. 6.* Fuiſſe autem ſtatuariam familiarem Italiæ quoque & vetuſtam, indicant Hercules ab Euandro ſacratus, vt ferunt, in foro

foro boario , qui triumphalis vocatur , atque per triumphos vestitur habitu triumphali , præterea Ianus geminus à Numa Rege dicatus. Signa quoque Tuscanica per terras dispersa quæ in Metruria factitata non est dubium. Volsinij propter duomillia statuarum expugnati à Romanis, ait Plinius *ibidem*. Vide Liuium *lib. 1.* Procopius *lib. 1. belli Goth.* Iani Gemini effigiem quinque pedes altam fuisse ait. Pausanias in Arcadicis imaginum materiam apud veteres fuisse ait, Ebenum, Cypressum, Cedrum, Quercum, Smilacem, Lotum. Simulacrum Cyllenij Mercurij fuit è Cedro. Hercules æneus Tarento delatus à Fabio Verrucoso, alter Hercules æreus dedicatus à P. Sempronio: uterque est in Capitolio, apud Plinium *lib. 34. cap. 7.* In Palatio Conseruatorum hodièque visitur Hercules ex ære adolescens inauratus, nudus, exquisiti operis, qui dextera clauam, læua mala aurea Hesperidum mouere digitis videtur. Plinius *lib. 36. cap. 5.* Romæ Praxitelis opera sunt, Flora, Triptolemus, Ceres in hortis Seruilianis, Boni Euentus, & Bonæ Fortunæ simulacra in Capitolio. Liuius *lib. 22.* In æde Iouis Capitolini ait Victoriæ auream fuisse ab Hierone Siciliæ Rege missam, pondo 320. Apud Festum, Nixij Dij appellantur tria signa in Capitolio ante cellam Mineræ, genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus. Sunt qui dicant, capta Corintho aduecta huc. Plutarchus in *Camillo.* & Valerius Maximus *lib. 1. cap. 8.* simulacrum Iunonis capite nutauit, & loquutum est. Ad ædem Fortunæ fuit Minerua Phidiæ. Plinius *lib. 34. cap. 8.* fecit Phidias & aliam Mineruam, quam Romæ ad ædem Fortunæ Æmilius Paulus dedi

160 *De Pictura, & Statuaria,*

dedicauit. Veneris Cloacinæ simulacrum in cloaca maxima repertum Tatius consecrauit, apud Latantium *lib. 1. cap. 20.*

De Ferramentis sculptorijs.

C A P V T X I I I.

IN primis vtuntur marculo, seu tudite, & malleo ferreo, qui nunquam sex pondo excedit. Fit è ferro molli, non aqua tincto, aut incudibus percusso, ne sit lubricum, & lapsans sub manu artificis, quæ debet muniri chirotheca bubalina, ne callum contrahat. Deinde sunt cuspides è chalybe fornacibus excoctæ, incudibus percussæ, & in aqua gelida tinctæ, vt sint firmiores. Tum cælum, seu scalpellum cum mucrone adamantino è fragmento adamantis, vt cælet, & sculpat gemmas. Gallicè *Ciseaux, Brettes d'une dent, ou de deux, Rondelles, Bec d'asne, Martellines, ou marteaux qui ont une pointe d'un costé, & une plane de l'autre, des Bouchardes en pointe de diamant, des Raspes, Forets, Tre-pans, Vibrequins.* Cochleatæ terebræ, tenues terebellæ, trypanum. Consule Viginerum. In statuaria autem id maximè seruandum, vt primum ex argilla exemplar, & archetypum fiat iustæ magnitudinis, illudque diligenter, & sollicitè reformetur, deinde marmoreum opus ad exemplar illud studiosè scalpatur. Ita dicitur Lysippus duo exemplaria ex argilla fecisse, alterum ex ingenio suo, quod domi latebat, alterum in officina prostabat, quod ex iudicio populi quotidie reformabat; demùm

demum vtrumque exemplar proposuit, quorum alterum quod ex ingenio suo procuderat admirationi fuit, alterum quod ex iudicio populi reformabat ludibrio & risui. Atqui, inquit ille, vestrum hoc opus est quod damnatis. Quidam si statuam hominis sculpunt, ipsum quem exprimere conantur attentè circumspiciunt, habentque pro archetypo. Zeuzis cum Venerem Crotone pingere vellet, quinque virgines omnium pulcherrimas in conspectu habuit, ut è singulis quod erat speciosissimum exciperet. Sit ergo plastes anatomiae peritissimus, & humani corporis proportionibus ad vnguem teneat, ne à vero aberrans extra oleas feratur. Sculptores malleo procidunt æs, aurum, argentum, cælo, seu scalpello cauant, excludunt, sculpunt gemmas, metalla, ebur, vitrum, ligna, perforant calices, toreumata faciunt. Diatretarii sunt, cauitores, cauatores, sculptores, scalptores. Ver. lapis, cauatores de sacra via, cauitarii, qui cauant, & perforant lapides. Ver. Gloss. καβιδάειος cauitarius. Palladius, λιθεργὸν ὃν λέγουσι καβιδάειον. Cod. de excusat. artific. Pictores, statuarii, marmorarii, lactarii, seu laccarii, caucarii, ut est in M. S. quos Basilicæ σαρδαείους vocant à Sarda gemma, quæ apud Plinium facillimæ est scalpturæ. Ideo expetuntur à scalptoribus, ferroque includuntur nullam non duritiâ ex facili cauantes. Anaglyphæ sunt cælaturæ, ait Eucherius lib. 3. Reg. cap. 17. Cælata sunt vasa aurea vel argentea, signis eminentioribus extra intusque expressa. Hæc & alio nomine sculpta vocantur vulgo, *releué en bosse*. Apud Constantinum Porphyrog. μινύσεια ἀράγλυφα
L I sunt

162 *De Pictura, & Statuaria.*

sunt missoria, disci, fercula argentea exsculpta,
ut extent & emineant foras. πίνακες ἀνάγλυφαι,
lances cælatae in tumorem. Vet. Gloss.

Anaglypha vasa superiùs sculpta,
ut emineant. Anaglypharius
sculptor qui eminentias
illas, & umbrones
efficit.

F I N I S.



INDEX



INDEX RERVM ET VERBORVM.

Iuxta namerum paginarum.

A		<i>Bronze.</i>	149
	Damas non nisi ex	<i>Brousses.</i>	105
	seipso inciditur.	<i>Brnn.</i>	15
	123	C	
<i>Amassette.</i>	105	C <i>Ælatura.</i>	4
<i>Arabesques.</i>	108	C <i>Calibæ.</i>	48
<i>Ærarius.</i>	4	<i>Canabi.</i>	ibid.
<i>Autumnus marmoreus in</i>		<i>Catagrapha.</i>	39
<i>crypta Meridonica pro-</i>		<i>Eorum inuentor.</i>	ibid.
<i>pe Parisios.</i>	128	<i>Cendree.</i>	154
<i>Azur fin outre marin.</i>	109	<i>Ceræ inurendæ ratio.</i>	16
B		<i>Ceris pingendi, ac pictu-</i>	
B <i>Asse taille.</i>	123	<i>ratu inurendi initia.</i>	20
<i>Bec d'azur.</i>	160	<i>Cestrum.</i>	16.46
<i>Blanc.</i>	14	<i>Charbon.</i>	103
<i>Blanc mineral.</i>	14.22	<i>Chimetæ, vulgò grotes-</i>	
<i>Bleu.</i>	14.22	<i>ques.</i>	3
<i>Bleu d'Armenie.</i>	11	<i>Cinnabre.</i>	11
<i>Bosse.</i>	112	<i>Cinnabus.</i>	48
<i>Bouchardes en pointe de dia-</i>		<i>Ciseaux.</i>	160
<i>mant.</i>	160	<i>Colores floridi, vel au-</i>	
<i>Bourre.</i>	148	<i>steri.</i>	11
<i>Brettes d'une dent, ou de</i>		<i>Colores vsti, cur.</i>	12
<i>deux.</i>	160	<i>Colores simplices, con-</i>	
		Ll 2	trarij,

Index Rerum

ttarij, compositi.	14	Encausto pingendi tria	
Colores nostri æui.	109	genera.	16
Compas.	105	Encaute picturæ genus.	
Cornualines.	123		21
Coulcur verde.	14	Encre d'Imprimerie.	22
Coupelle.	154	Escarlate.	11
Crayon.	103	Escarlatin.	14.22
Crayon de mine de plomb de		Esquierre.	105
mer, marquant de gris.		Eupompus, Arithmeti-	
ibid.		cus, Geometer, pictor	
Creuset.	117	eximius.	2
Creux.	123	Excusor.	4
Creux de la basse taille.	119		F
	D		
D emi bosse.	123	F anne.	15
Diburades primus		Ferramēta sculptoria.	
plastres apud Plinium.			160
	124	Filtrure.	114
Draperies.	107	Fin iaune.	110
	E	Forets.	160
			G
E au de depart.	121	G emma.	136
Eau forte.	ibid.	Glacer la besogne.	120
Ebauchure.	107	Godets, ou goudets.	105
Effigies è cera nigra fictæ		Gratignemens à frais.	107
à Michaële Angelo, in		Graueures.	123
Bibliotheca Vaticana.		γραφὴν, pictura.	7
	128	Griffonner.	103
Email.	117	Grotesques.	108
Emailleurs.	113		I
Emailure.	114	I aune.	14.22
Emery.	130	Iaune mineral.	12
Encaustum, seu smaltum.		Iaune paillé.	116
	21.113.120	Icastice.	49
			Imagi

& Verborum.

Imagines.

50

Imagerie.

102

Incarnat.

116

L

L Apides.

146

Lapilli.

136

Laque de Venise.

109

Lozanges.

125

Lichostrota quid, & quā-
do cœperint.

25

Lumen & umbræ.

10

Luti opifex primus quis.

51

M

M Achinæ quid.

48

Marmoris sculpen-
di ars statuaria & pi-
cturâ antiquior.

133

Marmora vnde dicta.

131

Marmorum magna varie-
tas.

128

Marmorarius quis.

4

Massiquot.

110

Mastiquer.

153

Martellines.

160

Mine de plomb.

120

Mineral.

153

Moulette.

105

Musium opus quod.

24

Mys argento cælando cla-
rus.

40

N

N

Noir.

11.22

O

O Cribas.

48

Opera metallica
maltanda, stagnanda,
ferruminanda.

150

Ouvrage de basse taille.

118

*Ouvrage en bosse, ou demy
bosse.*

119

Ouvrage en bosse, ou relief.

122

Ouvrage creux.

ibid.

P

Palette.

105

Palette de cuire.

118

Parrhasius primus sym-
metriam picturæ dedit.

2.40

Pauimenta vbi primò fie-
ri cœperint.

25

Peindre en destampe.

105

Peindre à frais.

106

Penicillus vnde fiat.

46

Pergula quid.

47

Alia straminea, alia edi-
ficiorum est.

ibid.

Petits carreaux.

125

Phantastice.

49

Pictores eximij in Italia
nostra ætate sex.

3

Pictores & statuarij clari.

37

Pictura in genere.

4

Pictura ex Polluce.

49

L l 3

Pictura

Index Rerum

Pictura qua vulgò uti- mur.	103	Plomb calciné.	114
Pictura vitri.	112	Plumart.	105
Picturæ rationes ab opti- ca.	2	Polir à la main.	119
Eius umbræ, recessus, lux, radij.	ibid.	Pommelé.	15
Picturæ figmenta à Poësi.		Poncif.	106
ibid.		Porte-crayon.	105
Eius regula, circinum, lineæ, proportionés ac symmetria à Geo- metria.	ibid.	Pourfil.	125
Picturæ laus.	7	Pourtraire.	103
Picturæ tria genera.	42	Première peau.	119
Picturæ initia.	8.100	Q	
Picturæ natiuæ.	44	Vadrigæ & bigæ	
Honestæ.	43	Calamidis statua- rij laudantur.	40
Turpes.	ibid.	R	
Pierigot.	120	Accourciffemens.	126
Pinacotheca.	47	Raspes.	160
Pingerè quid.	7	Regle.	105
Planches de cuiure en taille douce.	22	Rehants.	108
Plastes primus Diburades apud Plinium.	124	Releué en bosse.	162
Plastæ qui.	4	Releuemens en un plain.	126
Plastice & pictura in ge- nere.	ibid. & 122	Renfrondemens.	ibid.
Plastices origo.	100	Rosette.	110
Platonix.	34	S	
Platte peinture.	126	Acellū subterraneum gentis Mediceæ Flo- rentiæ in æde S. Lau- rentij admirandum.	37
Plein relief.	119.122	Salicor.	121
		Saphre.	116.120
		Sculptura.	122
		Sculpturâ quæ compre- hendantur.	4
		Sel Alkali.	114.120
		Sepul	

¶ Verborum.

Sepulcrum Simandij Re-		T	
gis Ægypti milliare		Tabulæ pictorū pro-	
vnum in ambitu con-		priè.	46
tinens.	38	Tableaux de platte peinture.	
Signum pro simulacro.	4	102	
Signa sculptorum.	46	Tablinum, seu Tabula-	
Simulacra.	4.50.94	rium quid.	47
Simulacrorum cultus &		Taille douce.	125
ornatus,	78	Tamis.	148
Smaltum, seu encaustum.		Thara primus luti opifex.	
113.120		51	
Soude.	114.121	Tituli.	92
Soudure d'or.	11	Tripoly.	119
Sonder l'or à chaud.	152	Trepans.	160
Statuæ.	68.85	Tranchet.	105
Statuæ viris bene meritis		V	
dari solitæ.	95.	Venus nuda in publi-	
Statuæ æreæ fusæ.	148	co exponitur.	42
Statuarum genera varia.		Vert.	22
87.90		Verd de gris.	120.152
Statues de fonte.	102	Vermeillon.	11
Statuaria.	122	Vermeillon d'Espagne.	109
Statuaria vnde orta.	51	Vernix.	106
Statuarij clari.	37.68	Vestis pictæ & textiles.	
Symmetriam picturæ pri-		45	
mus dedit Parrhasius.		Vibrequins.	160
2		Vitrum vbi inuentum.	112

F I N I S:

ERRATA.

<i>Pag.</i>	<i>Lin.</i>	
6.	23.	<i>lege</i> , Bene. lignum.
67.	7.	visu quosdam musculos.
79.	29.	sine simulacro.
86.	27.	Aristogitoni.
110.	7.	melinum.
113.	17.	ἢ ὕδα.

74 - cippi.
92 - tituli.
93 - lemma.
122 - anaglyphi.



